H

THEOremata concordantia
philippi et francisci [illegible]

Sanctus Thomas sup Aiam

Cagnus

Theoremata et Concordantia

Arist. cū Averroi Cagni

It. S. Thomae et Flandriis Sup Libros de Anima

Expositio

Ex lib. M. Matthei Krásnickj

THEOREMATA FRANCISCI CAGNI SICULI PLACIENSIS PHILOSOPHI, EX ARISTOTELE ET AVERROE SUMPTA: NEC MINUS AD IPSORUM MENTEM DECLARATA.

[redacted]

Est [redacted]



Venetiis M. D. XLI. ~~M. Matthei Krásnickj~~

TABVLA THEOREMATVM

Qvęcunq; sunt praeter primam materiam, & vltimam formam: sunt materię compositę, & formae compositae. ppõ prima.

In scientia naturali, si notum apud nos est naturae notum, eius demonstrationes erunt causae & esse. ppõ.2.

Patiens debet esse sile non cõtrariũ. ppõ.3.

Dispositio qua homo est perfectus per scientias speculatiuas: est homini foelicitas vltima, & sempiterna vita. ppõ.4.

Sapiens quum nouit mortem de necessitate ilę, & dubitat expoliari perfectione quam habet, eligit mortem prę vita. ppõ.5.

Inductio in qua non inducitur omnia singularia non est ratio perfecta. ppõ.6.

Aer habet minime aliorum differentias sensibiles, consequenter autem aqua. ppõ.7.

Doctrina ordinata incipit ab vlib[9]. ppõ.8.

Scientiarum, quaedam considerãt de causa formali tñ. s. mathematicae: quaedam de trib[9] causis. s. motore forma & fine: vt meta. & quaedam de quatuor, & est naturalis. ppõ.9.

Circulari nihil est contrarium. ppõ.10.

Inter priuationem & habitum non datur medium. ppõ.11.

Cognitionem scientiae speculatiuae consequitur de moralitate virtuosa. ppõ.12.

Forma si diuisibilis, successiue generat: si non, tota successio est in accñtibus ei ppriis. ppõ.13.

Subiectum sciẽtiae naturalis sunt res sensibiles ꝺm ꝙ per se transmutantur. ppõ.14.

In generatione semper oportet aliquid subiici quod fit. ppõ.15.

Scientia naturalis est quae declarat substãtias & qdlitates rerum naturalium. ppõ.16.

Potẽtia non est de substãtia materiae. ppõ.17.

Dimensiones interminatae praecedunt formam in materia. ppõ.18.

Inter esse purum & non esse; purum datur medium. ppõ.19.

Materia ꝺm ꝙ materia numerat in entibus: licet ꝺm ꝙ materia non sit aliqd in actu. ppõ.20.

Intellectus pueri in principio confuse comprehẽdit: post vigorationem distinguit. ppõ.21.

Principia oportet semper manere. ppõ.22.

Impossibile est entia esse vnum in forma: sed posse est esse vnum in materia. ppõ.23.

Alteratio fecit cognoscere compositionẽ in gñabilibus: & motus localis in coelestib[9]. ppõ.24.

Materia appetit formã sicut turpe bonũ, & foemina marem. ppõ.25.

Materia non est intelligibilis p se pp latentiam suae substãtiae: sed ꝺm comparationẽ. ppõ.26.

Snbstantiam nihil phibet hr̃e contrariũ ꝺm formã licet non ꝺm subiectum. ppõ.27.

Materia prima si denudaretur a corporeitate tunc haberet formam substantialem, & nomẽ & diffinitionem. ppõ.28.

Corpus coeleste caret potentia ad formã, non potentia ad vbi: ideo caret materia in potentia: ideo caret forma quae substentatur per eam: & forma eius non habet constitutionem per corpus coeli: sed ipsum per ipsam. ppõ.29.

Scia spãlis non probat sua pricipia. ppõ.30.

FINIS.

EXCELLENTI ARTIVM, ET MEDICINAE doctori Hieronymo Stephanello: philosophiam in publico Patauino Gymnasio profitenti. Franciscus Cagnus Siculus Placiensis Fœlicitatem.



ILLVD mecum sæpius hucusq; reuolui Doctor excellens: quod, qui claro rationis lumine ducuntur, uerum esse testantur. esse bonum sui natura cõmunicabile. Quo fit ut qui uel precio, uel ut sibi laudem compararet, boni quidpiam elargitur: eo abutatur. Nil siquidem alienum debet nos ad boni diffusionẽ excitare. Nãq; humana ratione ducimur, ut quod uni proficuum est, & alteri sit utile. Quod ita cordi habuerunt Hi, quos recta ratio direxit: ita illud totis uiribus adimplere studuerũt: ut ne dum quod gratis a prioribus habuerint: at si quid etiam suo marte comperierint, non occultum seruauerint: sed posteris relinquerint in usum. Sic enim in dies bona, parta sunt incremẽtum. Quod, cum in cæteris: tum & maxime in scientiis potest esse conspicuũ. Aristoteles noster naturæ domos intimas adiuit & inuenit: inuentasq; aliis aperuit. Etenim philosophia balbutiens illucusq; locuta fuerat: pedeq; clauda incesserat. Cui loquellam Aristoteles expediuit: pedemq; restituit in integrum. Et ne quod secum incepit, secũ tãdem receptui caneret: aperuit sapientibus, quod clausum imo pectore seruabat. Non alia ratione censendum medicinæ regulam Hippocratem, obscuras olim medicinę domus illustrasse: nisi ut & cæteris facilem simul & breuem (quoad potuit) ad eas aditum pararet. Hinc Galenus tot uigiliis, breuem prius artem, aliis diffusam attulit. Hinc denique (ne sermonẽ plusquã decet traham in longum) ad nostra usq; tempora sciẽtiarũ lumina cernimus, aliis offerre scientias: ut solum adimpleant quod boni condictio postulat. Eorum uestigia ꝓ uiribus insequi fuit mihi consilium. Cõmodeq; satis illud me assecuturum: remq; haud aliis inutilem facturum putaui: si nodos quosdã Auerrois, simul & Aristotelis quosdã, quibus non parum philosophia debet, assumpserim enodandos. Quorum ut explicarent ambages, non ab re uiri celebres ante me insudarũt. Potui quod uolui. Edidi qđ proposui. Eorum capita quædam elegi. sub quorum nomine, multa & ueritate comperta: & Seuero antiquorum modernorũq; philosophorum iudicio comprobata, difficilia tamen explicaui. Quę, cum omnium cõmuni iudicio sint offerẽda, præuidi. ut prius tuo nomine insignita prodeant in publicum: & illud coram omnibus præ se ferant, & ostentent. Vt si uel naturaliter mordax: uel ad pauca respiciens aliquis, ea mordere tentauerit: uiso nomine tuo contremiscat, & sistat: & cui deroget, parum acuratius intẽdat. Non minus etiam ut fruges tuæ messis elaboratæ colligas. A te nãq; prima erudimẽta philosophiæ accepi: a te non minus & incrementum: imo totum (si quid est quod habeo) a tuo, fateor, philosophiæ fonte debile meum concepit ingenium: Suscipe igitur benigna fronte munusculum hoc uir doctissime. A quo si ipsum non deiectũ iudicauero, ad maiora uires suscipiam: & hoc a surdis aliorum limis tutissimum habebo. Vale & me tibi deditum foue. Paduæ Calendis Octobris. M. D. XL.

Ad usum Dni Gaspari de cypro
et factus monachus in anno dni
m. cccccxliii professus est in
sancta iustina de padua
sub mgro d. iuliano
de placentia benemerito

NOBILISSIMO, AC DOCTISSIMO VIRO Francisco Cagno Siculo Placiensi. Hieronymus Stephanellus Patauus bene agere.



ONVM id esse quod omnia appetunt. Ethicorum primo scripsit Aristoteles. Quod cum multiplex sit; illud tamen quod scientia speculatiua duce acquirimus, longe aliis præstat: cum hoc uno humanus intellectus Deo coniunctissimus reddatur: & uere uniuoce humanum nomen sibi comparet. Sic diuus ille Plato ut hoc summum bonum possideret, multas lustrauit prouincias: ac nouos adiuit populos: ut quos ex libris nouerat, coram quoq; uideret. Nec minus peripateticorum princeps Aristoteles, multis annis Platonis disciplinam passus est, ut tali munere potiretur. Quare Vir Doctissime, cum ab ineunte ætate summe hoc fœlicitatis donum optares: fortunę cõmoda: ac dulces parentes deseruisti: ut in hoc totius Europę celeberrimo gymnasio philosophiam, cæterasq; bonas artes addisceres. Quod profecto te breui admodum consequutum esse, nec non ingenii tui nobilitatem, ac studiorum præstantiam, publicę tuæ de philosophia disputationes omnibus indicarunt. Et ut bonarum disciplinarum alumnos tibi adhuc magis deuictos redderes, opus hoc insigne edidisti: rem sane peripateticis omnibus iocũdam, ac cõmodam: cum in eo plura, & pręcipua difficillima de philosophia docte, & uere explicata sint. Quibus mehercle nullus unquam interiori ratione poterit aduersari: cum uerum sibi omniquaq; conueniat. Tibi itaq; nõ quas debeo, Sed quas possnm gratias ago, habeoq;, q; me tãto munere decorasti: signum summi amoris erga me tui. Idq; semper, cum opus fuerit, tueri non desinam. Vale Patauii Nonis Octobris. M. D. XL.

FRANCISCI CAGNI SICVLI Placiensis Theoremata Incipiunt.

Quæcunque sunt præter primam materiam, & ultimam formam, sunt materiæ compositæ, & formæ compositæ. Propositio. I.



SVMITVR illud dictum ex. I. phi. I. a Co. Quod diuersi pscrutantes, diuersimode exposuerūt. Quid per primā materiā debeamus intelligere, concordes qdē. Sed qd per vltimā formā, dissentiētes, Auerroim insectātes qdā, per vltimā formā, primū motorē exponūt. Sed in rei veritate, nō est in auctoritatis expōne difficultas, quę mille recipit intellectus, sed in Auerrois pposito persistere, hoc opus, hic labor. Sed hi, pręter ꝙ nihil in ppo sito, nec vel verba oīa. Co. exponūt. Etenim Auer. de formis & materiis in re existētibus sermonem hēt in eo loco, vt legēti facile patet. Quid ad rē primū motorē interserere? qui extra rē existit q̄ remotissime. Sed qd eos decepit fuit, velle exponere, qd forma simplex, qdue simplex materia sit: ad Auerrois ppositū nō hn̄tes oculū, licet habere se dicāt. Quidā alii sicut per materiā, primā intelligunt, ita formā mixti, noīe formę intelligēdā, inquiūt. Nāq sicut illa, ita materia est ꝙ nullius forma, ita ista ita forma, ꝙ nullius materia est. Etenim qd per vltimam formā intelligēdū sit, nō in simplicibus corporibus in qbus non nisi vna forma reperitur, sed in cōpositis, vbi plures sunt formę dubiū est. Sicut igit̄ hęc expō p materiā primā, eā quę in cōpōne prima est, ita per vltimā formā, ēt compositione vltimā intelligit, quę mixti forma est, quam (vt dixi) ea rōne simplicē appellat, qa vnū tm̄. s. esse formā, sibi vendicat, vbi elementalis forma, cōparata diuersis, & forma, & materia denoīatur. Ita vt p simplicitatem, nil aliud q̄ denominationis simplicitatem, vel eā quę a denominatiōe orit̄ intelligat. Est & tertia expō huic opposita: quę per vltimam formam, resolutione vltimā intelligit, formā elementalem. s. Quod ex eo pbat: ꝙ nulla alia pter eā pōt in cōposito simplex appellari, qnquidē forma mixti ex formarū simpliciū cōmixtione resultat. Et certe (si decet philosophū diligere veritatē) harū duarum prima subtilis est, & vera loqtur. Sed reliqua magis ad ppositū, quod sic ostendo. Per simplices cās (Co. dicēte) primas causas nō cōpositas, existētes in re, intelligit. Ari. Per prima vero principia, primas cās extra rem, vt primū agens, & vltimū finē, & per elementa, ppinquas, ac essentiales, rei inexistentes cās intelligit. Amplius innuit per hęc ꝙ doctrina ordinata est incipere a cognitione cārū primarum, deinde ad aliarū remotarū cognitionem intendere, quousq ad ppinquas pueniat̄. Ex his apparet philosophū per simplices seu primas cās eas a qbus primo est incipiēdum, intelligere. Has Auer. appellat rei cās remotas, a qbus ad propinquas rei, & essentiales pperandū est. Sed Ari. (vt Co. affirmat) per simplices cās: nō alias, intelligit q̄ materiam primā vltimāq formā existētes in re. Ergo materia prima & vltīa forma sunt a qbus ad ppinquas veniēdū est. Iste aūt ppinquę sunt materia ppinqua, & cōpositi forma. vn̄ cōpositū hēt esse, ergo forma cōpositi nō pōt esse illa vltima forma a qua (vt habet Auer.) innuit Ari. esse incipiēdum. Sed potius erit ipsa quā terminū pcessus in cognitiōe cārū, appellat Auer. Et vltima, pbalius erit elementi forma. Quod pręcipue. Co. cōsonat 10. meta. 2. vbi formā elementi, formā simplicem appellat. Amplius nulla (vt inferius dicā) in tali forma cōpositio reperitur, neq formalis neq pręsuppositiua. Pretere a cū hic, de ordine quo p effectus causę cognoscunt̄, fiat sermo, hic aūt est ordo naturę, qm̄ cāæ prius naturę q̄ nobis innotescūt, iuxta Co. I. phi. 3. ꝙ causę iō sūt nota prius naturę, quia natura facit naturalia ex causis. Modo cū natura semper ab imperfectiori ad pfectius ordinate pcedat. forma aūt naturalis quāto impfectior, tanto remotior, quod nō nisi de elemētali forma, verum reperitur. Quare si naturę ordinē nostra hęc (de qua loquimur) cognitio seqtur. ergo ab elementi forma, vt a simplicissima & remotissima erit nobis incipiēdū, pariter naturę, eā igit̄ in suo dicto per vltimā. Co. intelligit. Sed vt ei potius q̄ mihi credas. ipsum quęre in Epitho. meta. tractatu. 2°. in opinione porphirii. in fine tractatus inquit. Indiuidua substātię, vt in scientia naturali fuit ostēsum sunt duplicia. s. vel habētia formas simplices, quę sunt formę quatuor elementorum, vel habentia formas cōpositas, & hęc iterum duplicia, qa vel talia cōposita erunt ex genere simplicium, sicut formę corporū simplicium partiū, vel erūt animata. hæc ille. Ex his patet reliquas, ab elemētalibus, formas, dici ab Auer. cōpositas: illas aūt simplices. Quid clarius q̄ ipsum per ipsum exponere. Qua sic exposita ppositione patet, q̄ sit a mente. Co. aliena illa quā aliqui formā corporis appellarūt. Etenī si ea poneretur, necessario esset cōposita, cum sm̄ eos sit pręter primam materiā & vltimā formam. Nisi cōis illa fuga adducat̄. ꝙ. s. de formis specificis tm̄ reponentibus cōpositū inesse, & non dē generalibus, debeat hęc auctoritas intelligi. Ad qd impugnandum longam oporteret digressionē facere, quę nos lōgius traheret ab incepto. Sufficiat in pręsentiarū dixisse. ꝙ vbiq rōnes. Auer. nedū specificam, sed generalē impugnāt. Qm̄ earum plures hoc sibi fundamētū supponūt. ꝙ forma eadē est sub generali & spāli gradu, sola rōne differens. etsi q̄ male Ioannes sentiat oppositū. Siqdē non aliud. Ari. innuit in primo de generatione aīaliū habens. ꝙ hō prius uiuit uita plantę: deinde vita aīalis, ultimo uita hoīs. Nāq ordinata natura, quę saltus non patit̄, semp formā sub gradu impfectioris tribuit: & ordinate p media tendēs ad perfectissimū. Quod siqs per vltimā formam, nō nisi corporeitatis benedictam formā putaret intelligēdam. Aduertat ꝙ tunc forma elemēti esset composita: cum pręter primam materiā & ultimam formam esset incōposito, quod falsum reputat. Auer. in. I 2.

Expositio bacconis

Impugnatio Erroris causa

Expō ziemara

Expositio burlei

Quod p vltimam formam, forma elementi sit intelligenda

Dubitationes

meta.&.7.&.10.&.3.cœli.& in epith.meta. Sed cõtra iam dicta consurgit dubitatio. Si cęterę formę permanentes in re cõpositę sunt, pter ultimã, quã elemẽtalem esse dicimus. igitur forma mixti cõposita est. & cũ alia cõponentia pter elementales formas non pcedant, ergo cõponitur ex illis. qđ Ari. & Co. in. 3. cœli. 67. fundamento repugnat, tenẽtiũ ibi ꝙ elementa in mixto materiã, & forma mixti, formã repręsentant. Modo materia, formę cõpositionem non ingreditur. Sequeret amplius ꝙ forma mixti magis & minus susciperet. Etenim si partes magis & minus admittunt, & totum ex illis, similiter se habebit. Ita siqdẽ Porphirius in vniuersalibus arguit. cap. de spẽ. totum esse intẽsionis & remissionis est expers: igit & partes illud cõponẽtes sunt earũdem expertes. Etenim Porphirius in partibus essentialibus loquebat, nec in alio partiũ genere mixti formã elementa cõponerẽt, si illud esset. Amplius. 7. diuinę philosophię. 60. Co. hẽt. simul & Arist. in tex. Caro non est terra & ignis, sed est aliquid additum. Et vltra Com. opinio determinata est. ꝙ forma mixti sit formis elemẽtorꝝ supaddita, & non ex illis cõposita.

Responsiones

Scias dupliciter formã cõpositam imaginari posse, formaliter. s. ita vt partes cõponentes includat, & pręsuppositiue: ita ut priores præsupponat vnde resultat.

Forma quęlibet formaliter simplex

Qđ forma quęlibet sit formaliter simplex nemini dubiũ puto. Verũ quęlibet alia pręter ultimã pręsuppositiue necessario cõposita est.

Forma elementi omnino simplex

Vltima igit & formaliter, & pręsuppositiue simplex est, cum nec alias in se cõtineat, nec alias in materia pręsupponat.

Ad obiecta

Argumenta igit de formali mixtione pcedunt, & formam mixti formaliter simplicẽ necessario concludunt: non tamẽ pręsuppositiuã cõpõnẽ auferũt, sicut clare cõspicuum est.

Aliorum opinio

Sed non desunt qui mixti formã ĩ Auer. formaliter cõpositã asseuerarũt. Quos tũ nostrũ principale theorema decepit, qđ de formali non loquit. Tũ Auer. sermo. 3. cœli. 67. dicentis. Non est impossibile ut ex admixtione formarum substantialium elementorꝝ, & earũ collectione pueniat alia forma, sicut ex admixtione albedinis & nigredinis prouenit forma media. Ex hoc loco sic arguunt. Si in medio colore formaliter includuntur extrema, quod pro manifesto tenet. Auer. ergo nil minus erunt elementales formę formaliter in forma mixti, si debet similitudo ualere.

Impugnatio

Sed si bene similitudinem ponderẽt, argumentum debile cognoscent. Per eã. Co. illis obuiare intẽdit qui ex formis elemẽtorꝝ remissis, posse alias formas generari negabãt, eo ꝙ eas esse remissibiles, incõueniens putabãt, cũ substantię sint. Inquit Auer. ꝙ illę quia sunt diminuti esse substãtialis: in hoc accidentibus cõformãtur, ꝙ possunt similiter illis, intẽdi & remitti. Quare sicut põt ex remissis accidentibus aliud puenire, ita nil minus ex elementorꝝ formis. Quo ad intendi igit & remitti similitudo currit.

Cur substantiales formę tertiã formaliter non cõponũt.

Sed qđ (inquies) est in cã ꝙ possunt duo accidentia pro tertia forma cõstituenda remitti. Sed duę substantiales formę nõ: cum pcipue possint sicut accidẽtia remitti: Ad qđ dico ꝙ hoc inde prouenit quoniã formę substãtiales materiam habent ex qua, quã accidentia nõ habent. Inde fit ut illę non nisi pro corporis cõstitutione refrãgi possint. qm̃ sint materia, propria nõ possunt cõpositionem ingredi. Quod de accidentibus non est, quia ea non habent materiã ex qua non sint separabiles. Quid igitur per vltimã formam. Co. velit iam intellexisti.

Epilogus

Vlterius quõ ea sola omnino simplex, cęterę omnes cõpositę sint.

In scientia naturali si notum apud nos est naturæ notum, eius demonstrationes erunt causæ et esse. Propositio secunda.



HABVIT hoc. Auer. 2. cœli. 35. & primo phi. 2. Cuius rõ est, qa naturaliter de noto nobis ad ignotum procedimus. Ideo nãq; scia 1. phi. 1. vię nomen accepit, qa a determinatis ad indeterminata pcedit.

Triplex genus demonstrationis

Scias ꝙ hoc fuit in Auer. gręcis, & in ueritate compertum. demõstrationũ genus esse triplex. Primum (quod nos demonstrationem quia uocamus) fuit demonstratio signi ab Auer. dicta. Aliud quod primo perfectius, demõstratio pp quid tm̃, seu causę tm̃ appellat. Tertiũ genus qđ oĩum perfectissimum, demonstratio causę & esse, seu simpliciter, seu potissima uocatur. Ad hęc tria capita cęterę oẽs imaginabiles demõstrationes colligũtur.

Dictum Ioannis

Ioannes. 12. meta. q. 3. ita incidẽter inqt. ꝙ forte per demõstrationem simpliciter eam. Co. intelligit quę a cã remota pcedit, & per pp qđ, eã quę a cã ppinqua.

Impugnatio

Sed grauiter peccauit iste uir, quãdoquidem ubicũq; de his demonstrationibus meminit. Auer. eam simpliciter demonstrationem appellat, quę potissima est, cui magis posterioristicę conditiones attribuuntur. Hãc in 2. cœli uocauit absolutam. hãc. 1. phi. 2. talẽ simpliciter dixit. Amplius nonne Ioannes ipse fatetur in eo loco Aristotelem hanc in posteri. sub demõstratione pp qđ intellexisse. Ex alia uero parte philosophus & Co. in eo cap. Sed quia differũt & pp qđ. & in. 5. collig. cap. 24. inquiũt, demonstrationẽ a cã remota, esse demonstrationẽ qa. quõ fiet ergo vt demonstratio simpliciter, in qa couertatur: Pręterea si sub demonstratione pp qđ clauditur, vt ipse concedit, cum illa appropinqua cã pcedat, quõ hęc quę sub ea cõtinetur, a remota: Cõtenta nãq; cõtinentis naturam habent. Quod si forte diceret demõstrationẽ pp qđ dupliciter summi. Vno mõ vt demonstrationem simpliciter a remota cã, & p pter quid a propinqua cõiter cõtinet. alio modo pro hac spẽ sub eo cõi cõclusa. & ꝙ primo modo philosophus in posteri. secũdo mõ Auer. in dictis locis acceperit. Hoc iterum repugnat ipsis saltem in hoc, ꝙ demõstrationem quã per mẽbrum illud simpliciter intelligunt, a cã ppinqua pcedere manifeste dicunt. cũ contra demonstrationem quia: quę est a cã remota distinguant.

Vera põ.

Quare si veritatẽ diligimus ita dicendum est ꝙ primum demonstrationum genus hos modos sub se cõtinet. Si per po

Quot modis fiat demonstratio quia.

ſterius demõſtremus eſſe prioris.& hoc dupľr, aut
enim poſterius eſt effectus,& prius eſt cã.vt ſi ecli
pſis interpoſitionẽ terræ demõſtret. vel poſterius
eſt ſignũ, p qđ effectum priorem demonſtremus.
vt ſi ad eclipſim cõmonſtrãdã, vmbrã nõ eſſe aſſu
mamus.Prȩterea ſi effectus per remotã cãm oſten
datur.'quod & p̃hs & Com.locis alleg.voluerunt.
Ampli⁹ Auer.2.cœli.35.demõſtrationẽ ad impoſſe
ſub hoc gñe comprehendit.&.1.poſte.in Co.34.in
cõmentatione magna,qñq; demonſtrationem per
efficientem cãm,huc reducit.Secundũ vero demõ
ſtrationum genus hoc mõ pficiť. Si p cãm nobis
notã effectũ notum quo ad ſi eſt,quo'ad pp qd aũt
ignotum demonſtremus. Vtputa ſi p cãm notã de
mõſtremus pp qd eclipſis:quem eſſe cõſpicue cer-
nimus.Quod manifeſtius exemplũ in.8.phi.55.de-
clarat.Duo verbi gratia mobilia,ȩqualiter velocia
ſup equalibus ſpaciis moueanť.Quo᷑ vnum ſemel
totum ſuum ſpacium ptrãſeat,alterum vero ſui ſpa
cii medietatem bis pcurrat.Manifeſte videmus pri
mum prius terminum attingere,q̃ ſecundũ, & tñ
pp qd hoc pueniat ignoramus. Et eſt qm̃ illud qđ
iterata vice ſpacii medietatem ptrãſit, duos habet
motus contrarios:inter quos neceſſario media qes
interuenit.Quare tardius in terminum peruenit.
Per hanc igitur cãm pp qd effectus eſt demonſtra-
mus,& nõ eius eſſe.Siqdem ad p ſe nota demõſtra
tio nõ erigiť.Ex quo decepti ſunt illi q regreſſum
in ſcia apud eundem hoĩem negauerunt.Putãtes
impoſſe ꝙ p effectum demonſtremus cãm,quã po-
ſtea ad effectum demonſtrandũ aſſumamus.Sic.n.
idem eſſet notius & ignotius. Non aduertentes ꝙ
huius oppoſitum Ariſt.obſeruat.& Com.refert.8.
phi.8.inquiens.ꝙ cum p̃hs motorem eſſe qui non
mouetur ex æterno motu præmonſtrauerit:ibi ex
motore æterno q non moueť,motũ æternũ pbat.
qd clarius:'Et in eodem octauo.53. Cõmentator ha
bet.Cõſuetudo in hac ſcia eſt pcedere de poſterio
ribus ad priora ĩ prĩo & poſt dare de priorib⁹ cãm
poſterio᷑.Et ideo incepit a priori qđ demonſtra
tum eſt ex poſterioribus,in dando cãm poſteriorũ.
Conſiľe.6. phi.12. quȩras &.15. &.1.de aĩa.11. Sed
quod iſtis errãdi dedit occaſionem fuit. qm̃ eẽ effe
ctus p ſecũdum pceſſum demonſtrari crediderũt.
Cum tñ pp qd ipſius demonſtreť.Quare idem nõ
reſpectu eiuſdem,ſed reſpectu diuerſo᷑ notum &
ignotũ eſt.Cuius argumento eſt ꝙ demõſtratio vo
cať pp qd tm̃.quaſi ꝙ nomen a pprietate ſumpſe
rit.Tertium demõſtrationum genus ita erigiť.Si p
cãm nobis notã, vtrãq; de effectu qõnem abſolui-
mus,& ſi eſt,& pp qd eſt.Qua ratione potiſſimȩ de
monſtrationis nomen ab Ari.& Co.ſumpſit, eo qa
nullã de effectu intactã qõnem relinqt.Hãc Ari.
ea diffinitione intelligebat. Demonſtratio eſt Sillo
giſmus faciens ſcire.Scire nãq;(ipſo auctore)eſt rẽ
per cãm cognoſcere,& qm̃ illius eſt cã. De hac the
mi.2.poſt.cap.2.dicit.Hoc.n.demonſtrationis po-
tiſſime ingenium eſt.vt vno cõi examine vtrãq; ab
ſoluat cognitionem,vt ſit & quã ob rem ſit. Hãc in
diuerſis locis Co.explicauit vt in plogo magno,&

Demonstratio pp quid quo fiat (margin, beside "efficientem cãm…")

Qđ detur regressus in scientia. (margin, beside "mus,& nõ eius eſſe…")

Cã erroris alio᷑ (margin, beside "Conſiľe.6. phi.12…")

Demonstratio potissima quõ fiat (margin, beside "cať pp qd tm̃…")

2.phi.22.ſed pcipue.2.cœli.35.ſic inqens. Et iã de-
claratum eſt in logicis ꝙ demõſtrationes ſunt in
qbus itur ex notiori ad latentius.Si igiť notius fue
rit poſterius demõſtrationes erunt qa,& ſi notius
fuerit prius,erit demonſtratio abſoluta dans cãm
& eſſe. & ſi latentius fuerit cã rei q̃ ſuum eſſe: erit
demonſtratio pp qd tm̃. Vides igiť ꝙ hȩc oĩa ſimul
cum theoremate conſonãt.Cuius ſñiam p̃hs.4.to-
pico.4.confirmat,Simul & Co.ibidem. Sed poſſet *Dubitatio*
aliqs de theoremate dubitare ſic. Demõſtratio pp
qd tm̃ a cã pcedere vr̃:quæ naturæ ſimul & nobis
manifeſta eſt: cũ tñ non ſit demõſtratio dans cãm
& eſſe vt theorema dicit. Qđ naturæ nota ſit illa
cã,hoc eſt per ſe manifeſtũ.Nobis aũt iã fuit a pri- *Solutio*
mo proceſſu declarata. Ad hoc dico ꝙ theorema
de his loqtur quȩ ex ſe,non ex alterius auxilio no-
bis innoteſcunt. Volo dicere ꝙ id a quo pcedit de
monſtratio pp quid tm̃ fuit a primo pceſſu demõ
ſtratum ab effectu qui erat quo ad eſſe notus. Ita
vt hȩc demonſtratio ſupponat primum pceſſum:
& medium illius.ſ.eſſe effectus. At econtra potiſſi-
ma demonſtratio ab eis ſumit initium,quæ in pri-
mo pceſſu & nobis,& naturȩ ſunt nota.i.nõ prius
ſuppoſita cognitione effectus,ſicut pdicta. Eſt igiť
hæc inter vtrãq; dr̃ia,ꝙ altera cũ habeat de effe-
ctu pp qd aſſignare,eius eſſe ſupponit. Altera autẽ
cum vtrunq; abſoluat,nullum ſupponit. quare cã
in hac eſt ẜm ſe & nobis & naturȩ nota. in illa ve-
ro ex primo pceſſu nobis nota reddiť. Ex quo pa- *Dubitatio*
tet formalis ſolutio ad argumentum. Sed in præ-
dicta qs arguet ſic.1.poſte. p̃hus habet ꝙ ex notis
naturæ & non nobis demonſtratio cõſtat. Etenim
non eadem dicebat ſunt nobis nota & naturæ.qđ
idem habet.1.phi.2. Cuius rationem reddens ibi-
dem themi.eadem cõfirmat.Pro hoc ſcias ꝙ vt cla *Solutio*
re a p̃ho colligiť.6.topi.cap.4. duplicia nobis no-
ta reperiunť,q̃dã oĩbus,q̃dã ſapientibus tm̃. prĩa
ſunt effectus & poſteriora.ſecunda aũt ſunt priora,
& eadem quæ naturȩ ſunt nota. Prima nobis no-
ta dicunť,eo qa nobis oĩbus manifeſta ſunt.Secun
da aũt nobis ignota,eo qa paucis innoteſcũt. Qđ
docens loco allegato p̃hs inqt.Ergo ſimpľr qdem
euidentius quod prius eſt poſteriore, vt punctum
linea,& linea ſupficie,& ſupficies ſoliditate,Quem-
admodũ & vnitas numero.Prius.n. principiũ oĩs
numeri.Similiter aũt & litera ſyllaba. Nobis autẽ
econtrario qñq; linea,linea aũt puto magis. Qua-
re magis plures hmõi cognoſcũt.Nam hȩc qdem
a quolibet,illa autem ſubtili & abundãti intellectu
comprehendere oportet.His non contentus ſub
dit inferius.Fortaſſe autem & ſimpliciter notũ nõ
eſt id quod oĩbus notum, ſed quod bene diſpoſitis
intellectu.Quare non ab re Co.hoc verbum.Si cõ
tingit,ſuo theoremati adiunxit.Innuens ꝙ hoc nõ
frequenter,ſed raro,& in paucis reperiť.Patet igiť
qd ad auctoritatem dicendum.Siquidem demon *Ad auctoritatẽ philosophi.*
ſtratio procedit per ea quȩ naturæ, & non nobis
innoteſcunt.per nota nobis,effectus intelligendo,
& ea quȩ nomine proprio nobis nota dicuntur. *Ad themistium.*
De his etiam in ſua auctoritate loquebať themi.

vt sequentia sua verba demonstrant. In idem incidit si demonstrationem ex his pcedere dicat quę nobis via intellectiua fiunt manifesta, nō autem ex his quę via sensitiua. Etenim nota naturę non nisi via intellectus sapientibus nota redduntur. His visis modo videndum remanet, an spē differant hæ duæ demonstrationes. Ad quod rńdentes duo moderni diuersificati sunt. Fuit alterius snīa. ꝙ cū ipsę diuersis specie mediis incedāt, ac diuersa intendāt, necessario differāt adinuicem specie. Sed alter eas non nisi accidentaliter differre putauit. s. apud diuersos homines. Nāq; demonstratio propter quid tantum ex se nedum propter quid, sed etiam esse effectus absoluit, Sed quoniam nobis ex sensu innotescit esse, ideo non nisi propter quid inde consequimur. Siquidem interpositio terræ nedum propter quid assignat eclipsis, sed etiam esse, quātum sit ex se. Sed quoniam eclipsim esse sub oculis habemus, ideo propter quid sit tantum inquirimus, hoc autem est accidētale demonstrationi. Sed ambæ positiones hæ possunt esse cōcordes, prius quadam distinctione præmissa. Etenim si per causam conuertibilem fiat demonstratio propter quid nedum cām ipsius effectus, sed etiam esse demonstrabit, & tunc ab altera solum accidentaliter distinguetur, vt secunda positio ponit. Si vero per causam non cōuertibilem, sed essentialem efficiat. Sic & specifice & essentialiter ab altera differet. Illa enim causa non nisi propter quid ipsius effectus reddet, & non esse. Si verbi gratia hominem interiisse demonstremus, per hoc ꝙ fuerit gladio percussus: sic non aliud q̄ propter qd effectus habemus. Non enim quicunq; gladio percutitur perit, Sed supposito eum periisse, si cām inqrimus, solam hanc inuenimus. Ex hoc mō demonstrationes istæ specię distinguentur, iuxta primā positionem. Qđ si hoc exemplum non conuenit applica aliud. Tādem remanet iuxta posse manifestum, quid quæq; demonstratio sit, & quō fiat. & ꝙ quodāmodo specie differant. & ꝙ earum modus non impedit regressum in scientia.

An demō stratio ca usę tantū & potissima specie differant *Responsio Zimaræ.* *Responsio pōponatij* *Cōcordia pōnum.* *Epilogus*

Patiens debet esse simile, & non contrarium. Propositio tertia.

Patiens duplex.



HANC propositionem scripsit. 1. de gene. Cōm. 49. & . 1. phi. 67. Patiens in pposito vno modo corruptiue patitur, & sic aliqđ a suo cōtrario patitur, dum ab eo corrumpitur. Alio modo receptiue patitur. Hoc modo subiectum, dum formam recipit ab agēte patitur. Cōm. in pręsenti de patiente secūdo mō loquitur. Siqdem si de patiente primo modo sermonem faceret. ei contradiceret, quod. 1. phi. 47. dicitur, ꝙ omne a suo cōtrario corrumpit. qđ. 1. cœli. 20. habet. & . 1. de sub. orb. Sed si de passiuo recipiente sermonem habeat, tunc ad phm loquitur cōformiter in textu, q subiectum ambobus contrariis simile ponit, vt ambo recipe possit. Quo stante propositio prædicta duplicem expōnem recipit. Alterā ex Ari. & Co. sumptam. 2. de aīa. 54. dicentium. ꝙ patiens est quodāmodo sile, & quodāmodo contrariū. Etenim in principio cōtrariū est, eo ꝙ formę ipsi agenti contrarię coniunctum est. Sed in fine est sile, eo qa ea relicta, formam accipit, quā agens intēdit. Siqdem opus agentis est, ut passum ad sui similitudinem reducat. Quod cum non sine resistentia fiat, quę a cōtrarietate puenit. Hac ratione patiens in principio est cōtrarium: pōt tn̄ assimilari. Sed in rei veritate qd aliud hoc dictum intendit. Iō nāq; dicit Co. patiens esse sile, vt possit agentis actionem recipe. Cum vnum contrariū alterū non recipiat ex. 2. de gene. 6. & . 1. de genera. Cōmentatore dicente. ꝙ res agit in aliā inquantū est contraria, & patitur inquantum est silis. Quare patiens priusq̄ agentis actionem recipiat, debet eē sile, & non postq̄ recepit. Tunc. n. non vt illam rēcipiat, simile reddit. Pręsentibus. n. habitibus ī materia, cessat motus. Vt igitur altius intelligas, aduerte. Primo phi. 55. philosophus inqt. ꝙ ad patiendum sufficit vnum. Cuius ratio est inqt Cōm. qa patiens est quodāmodo contrarium & quodāmō sile, & est modus quo recipit actionem agentis, & hoc nō est nisi ex subiecto. Inde patet ꝙ subiectū est id quod in transmutatione dr̄ agenti simile. Quę silitudo non in sola non repugnātia consistit, ita vt sicut ideo quia contrarium agenti repugnat, ei dissimile dicitur: ita subiectum simile dicatur, qa agenti nō repugnat. Sed vltra hoc, qa ad eius actionem recipiendā aptitudinem continet. Quo fundamento phs. 1. phi. 43. & . 44. non quodlibet ex quolibet fieri conclusit. Sed ex determinato. Quod nō esset, si similitudo hæc in non repugnantia consisteret. Immo quodlibet a quolibet non repugnanti fieri posset. & sic linea ex albedine. quod Arist. & Cōm. impugnant. 1. de gene. 49. Habet igitur subiectum ppinquiorem quandam similitudinem cum agente, qua mediante receptiue patitur ab ipso. Quod cum in recipiendo perficiatur: ideo hæc passio est quodammodo ipsius perfectiua, liceat eam ita vocare. Non tamen ita sicut passio qua sensus a sensibili, & intellectus ab intelligibili patitur. Cum hęc fiat non præcedente abiectione contrarii, illa autem sic. Sed dubitatio non prætermittenda superest. Etenim si fundamentum similitudinis qualitas sit. Similia (dicente philosopho. 5. meta. 20.) sunt quorum qualitas est eadem. Et vltra, adęquatum conuenientię fundamentum, forma est. Tunc quæritur an hęc patientis ad agens similitudo pueniat a forma: Cuius dubitationis ratio est. quoniam cum pati primo & per se materiæ detur, iuxta illud primi de generatione. 55. materia fm̄ ꝙ materia passiuum. De transmutabili passione loquor. nam. 3. de anima. 5. & . 28. non cuiuslibet receptionis materiam esse causam. Auer. inquit: sed transmutabilis tantum. Quod idem. 12. meta. 30. nobis insinuauit. Inquit amplius. 9. metaphi. secundo ꝙ sicut in diffinitione omnis potentiæ actiuę sumitur diffinitio primę formæ: ita in diffinitione

Glosa theorematis. *Prima expositio* *Secunda expositio* *Dubitatio*

tione omnis potētię passiuę sumitur diffinitio primę materię. Modo materia prima nullam formā agenti cōmunem claudere videtur: ratione cuius ei similis efficiatur. Non ab re igitur de sua cum agente similitudine dubitatur. Ad hoc puto dicē dum ꝙ similitudo qua materia similatur agenti a forma prouenit, iuxta fundamenta prædicta. Tamen aduerte, ꝙ eo patiens dicitur aliqualiter similis agenti, quia ipsum tale in potentia est, quale agens est actu. Hæc autem potentia inde trahit originem: ꝙ in patiente, forma potentialiter continet. Siquidem hæc fuit peripatheticorū opinio, ꝙ forma quæ opere agētis exit in actum, prius in potentia patientis cōtineatur. Ita vt fuerit Arist. & Comen. sniā. 8. meta. 15. & 16. ꝙ esse potētiale formę, & esse actuale sint idem, non aliter differētes, q̄ sicut potentia & actus. Namq; redarguēs Phus eos, qui causam vnitatis materię cum forma quęrebant, credentes aliud esse formā in potentia habere, aliud autem actu inquit in tex. 15. Si autē vt dicimus, hoc quidem materia, illud vero forma, hoc quidem potentia, illud vero actu: non adhuc dubitatio videtur esse quod quærit. Est enim hæc dubitatio eadem, & si terminus vestimenti sit rotundum es. Sic enim vtriq; signū nomen huius rationis. Quare cum quęritur quid est causa essendi vnum rotundum, & es, non adhuc vtriq; dubitatio videtur, quia hoc quidem materia, illud vero forma. Sed clarius in tex. 16. sic inquit. Causa vero, qa potentię & actus quærunt, vnum faciens & differentiam, est autem vt dictum est, vltima materia & forma idem, & hæc potentia actu. In quorū cōfirmationem Com. addit. ꝙ agēs extrahens aliqd de potentia ad actum, nō largitur multitudinem sed perfectionem: id est non congregat, sicut duo diuersa, actum cum potentia. Sic enim multitudinem faceret. Sed id quod prius imperfectum sub esse potentię extiterat, perfectum reddit educēdo ad actum. A forma igitur similitudo materię cum agente habet ortum. Sed quoniam similitudinis fundamentum, forma, s. in altero perfectius, vt in agente, in altero imperfectius, vt in materia reperitur: ideo similitudo hęc non perfecta, nō actualis est, sed impfecta & potentialis. Cum autem ad actum ab agente deducit̃ forma, tunc perfectionem actualitatemq; similitudo sortitur. Ad dubitationem igit̃ dico ꝙ materia licet actualiter formam non contineat, potentialiter tamen cōtinet. Quo fit vt iuxta modum formæ contentæ, nō perfecte, sed quodāmodo similis dicat̃ agenti. Sic dicerem ve[...]ri iudicio saluo. Patet igitur ꝙ habet intelligi propositio dicta de patiente ante formæ receptionem. Patet item ꝙ secundo de anima co. de perfecta & actuali similitudine debet intelligi dum patiens dicit in fine passionis esse agenti simile. In principio. n. habet formā agenti cōtrariā: quare actualiter est illi cōtrarius. Sed passione cōpleta formam agentis cōtinet: ideo illi est actualiter similis. In medio autem seu via cum partim de vna, partim de altera forma teneat: hac rōne quodāmodo simile actu, & quodāmodo dissimile dicitur. Siquidem dum aliquid mouet̃ non cessat in eo corrumpi pars contrarii, & fieri pars similis inquit Com. Quod si, quis phm adduceret primo de generatione. 48. dicentem ꝙ simile nō patitur a simili. Dicas illud de actuali similitudine intelligendum. Quod ostendit ea causa quam ipse assignat dicēs. Nihil quidem enim magis actiuū erit alterum q̄ alterum, quā causam ab actione sumit: quæ non nisi formam consequitur existentem in actu. Ad cuius confirmationem videas Auicennā principem in secunda primi doc. tertia de signis complexio. dicentem, ꝙ simile, a quo non patitur res, est illud cuius qualitas, & quantitas illius quod est ei simile, est vna specie & natura. nam quod est calidius altero non est simile ei quod minus calidum existit, imo duo calida, quorum vnum est calidius altero diuersificātur. Et illud quidem quod est minus calidum, comparatione eius quod est calidius, frigidum existit. Ex his manifeste colligitur ꝙ nedum de similibus in forma, sed in gradu formæ propositio intelligitur. Siquidem hæc duo ea ratione non agunt in se: quoniam equalis sunt potestatis, quæ formæ gradum equalem consequitur. Augumentum enim virtutis insequitur augumentum quantitatis substantię. Hæc oia de similibus actu verificant̃, quod intēdebamus ostēdere.

Solutio. *Vnde veniat similitudo patientis ad agens.* *Glosa theorematis.* *Obiectio.* *Solutio.* *Auicenna*

Dispositio qua homo est perfectus per scientias speculatiuas, est homini fœlicitas vltima, & sempiterna vita. Propositio quarta.



FVIT Auer. sententia. 8. phisi. in prologo, & primo eiusdem in ꝓhemio. Quod est dispositiue intelligendum, & non cōpletiue. Nāq; fuit Comen. opinio, quā ipse tertio de anima. 36. ostēdit, ꝙ vltima hominis fœlicitas, non in discursiua cognitione consistit: sed in cognitione dei, & intelligentiarum, quam eandem clarius nono eiusdem vltimo patefecit. Hanc intuitionem perfidus Auer. q̄ perfide ita declarat acquiri. Supponit duas partes animę nostrę. Intellectum agētem alteram: alteram vero possibilem. Quarū prima de genere actionis est: secūda autem de genere passionis: quoniam prima de ordine sensibilium, ad ordinem ītelligibilium omnia sensibilia abstrahit, ea ex potentia intellectis, actu intellecta faciendo. Secunda vero omnia sic abstracta recipit, & intelligit. Hanc diuisionem tertio de anima. 4. & 36. explicauit. quam ab Aristo. collegit tertio eiusdē. 18. Ex quibus tandē elicit ꝙ omnia intellecta, vt actu intellecta, vt a suo factore dependent ab intelligentia agente. Siquidem vt intelligatur aliquid necessario debet siue per se, siue per aliud, phantasma sensibus offerre. quod cum particulare sit, est potentia intelligibile. sed per intellectū agentem, & vniuersale, & actu intelligibile redditur. Ex quo sequit̃ ꝙ hæc intellecta, ad intellectū agē-

Limitatio theorematis. *Duę partes animę nostrę.*

tem ſe habeant, ſicut materia ad formã, vel inſtrm̃ ad efficiens. Quod hac rõne ꝓbat, Si quę duo habent idẽ ſubiectũ: & vnum ſit altero pfectius, tunc pfectius eſt quaſi forma vel efficiẽs, impfecti⁹ aũt quaſi materia vel inſtrm̃. Ita aũt cõtingit in caſu: quoniam ſubiectum agentis intellectus, & ſpeculatiuorum intellectoꝝ, idem eſt. ſ. materialis intellectus. & vnum eoꝝ eſt altero perfectius. Qua rõne poſſibilem intellectũ diaphano cõparauit Auer. in hoc, ꝙ ſicut diaphanum lucem & colorem insimul admittit: & lux eſt cauſa coloris: ita & poſſibilis intellectus agentem & ſpeculatiua recipit, & agens eſt ſpeculatiuoꝝ cauſa. Ita vt ſicut color nunquã diaphanum moueret, niſi luce mediante, (moueret dico, quoniã a luce nec ꝙ ſit color, neq; ꝙ ſit actu viſibilis habet, vt ſecũdo de aĩa. 67.) ita intellecta ſpeculatiua nunquã poſſibilem mouerent, niſi intellectus agentis opere. Quo factum eſt, vt tertio de anima. 18. Philoſophus luci comparauerit ipſum. Sed ſcias hãc ſimilitudinẽ non eſſe omnino vniformem, ſed in hoc difformem: ꝙ lux (vt dictum eſt) non tribuit coloribus formam qua viſibiles ſint. Sed tribuit tantum diaphano aptitudinem: quod vt ſpeciem recipiat, debet eſſe per lucem actuatum. Verum intellectus agens tribuit intelligibilibus formam, dum ea abſtrahendo facit actu vniuerſalia, & actu intelligibilia. quod ſub his verbis tertio de anima. 18. Cõ. innuit. Abſtrahere nihil aliud eſt, q̄ facere intentiones immaginatas actu, poſtq̄ erant in potentia. Nec noſtra, ſed Cõ. eſt hęc ſimilitudinis expoſitio ſecundo de aĩa. 67. ſic dicentis. Et ſm̃ hoc intelligẽdus eſt ſermo eius, ꝙ colores mouent viſum in obſcuro in potentia: lux enim eſt illud quod facit eos motiuos in actu. vnde aſſimilauit lucem intelligentiæ agenti, & colores phantaſmatibus. quod enim inducitur ſm̃ exemplum & large, non eſt ſimile ei quod inducitur ſm̃ demonſtrationẽ. de exemplo autem non requiritur niſi manifeſtatio, non verificatio. Quod ſi ſciſcitaretur aliquis, an nedum in phãtaſmata, ſed etiam in materialem intellectum agat intellectus agens: ita vt ſicut pro vno, ita pro altero requiratur. Ad hoc (ne multum a propoſito digrediar) reſpondeo, ꝙ intellectus agentis actiõe ſola phantaſmata indigent. ipſa enim cum materialia ſint, non poſſunt de ſe mouere intellectum, cum ille ſit ĩmaterialis. Sed opere agentis intellectus efficiuntur apta. At econtra poſſibilis intellectus, cum ſumme pro receptione ſit aptus, nullo ſibi aptitudinem conferente indiget. quod his verbis tertio de anima. 18. Phus innuit. Intellectus poſſibilis eſt omnia fieri. Et Co. ibidem inquit, ꝙ ſi ponerentur vniuerſalia Platonis, nõ cogeremur ponere intellectum agentẽ. Quod qũo verum eſſet, ſi agens in poſſibilem ageret? Nãq; dicere Auerroi: ꝙ & ſi Platonis vniuerſalia ponerentur, non adhuc ſuperflueret agens: ſed eſſet opus pro poſſibilis diſpoſitione. Redeundo igitur dico ꝙ ſpeculatiua intellecta reſpectu agentis, vicem materiæ ſeu inſtrumenti obtinent: agens vero vicem

Quod intellectus agens nõ agat ĩ poſſibilem.

formæ, ſeu efficientis. Ita vt cum ipſa, formã qua ſunt actu intellecta habeant ab eo, ipſe in ipſis reluceat, & ſit omnium quaſi vniuerſalis quædam quiditas. Quo fit vt ſi materialis intellectus aliquod intellectorum ſpeculatiuorũ intelligat, & recipiat illud: tunc eo mediante recipit eam intellectus agentis partem, quæ illi coniuncta eſt: cum autem procedente tempore cuncta intellecta ſpeculatiua conceperit, intellexeritq;: tunc intellectus agens erit ſibi omnino totaliter vnitus ſm̃ actum. ſicut cum prius nullum adhuc apprehẽderat ſpeculatiuoꝝ intellectuũ: tunc nullo mõ erat actualiter vnitus, ſed ſolũmodo in potentia. Hunc ordinem ipſe Co. 3. de anima. 36. innuit his verbis. Et manifeſtum eſt ꝙ quando omnia intellecta ſpeculatiua fuerint exiſtentia in nobis in potẽtia ꝙ ipſe erit copulatus nobiſcum in potẽtia. & cum omnia intellecta ſpeculatiua fuerint exiſtentia in nobis in actu: erit ipſe tunc copulatus nobis in actu: & cum quædam fuerint in potentia, quædam in actu, tũc ipſe erit copulatus ſm̃ partem, & ſm̃ partem non. & tunc dicimur moueri ad cõtinuationẽ. & manifeſtum eſt ꝙ cum iſte motus complebit̃, ꝙ ſtatim iſte intellectus copulabitur nobiſcũ omnibus modis. hęc ille. Hunc autem qui ex his ſic copulatis reſultat, vocat ipſe in co. 5. intellectum adeptum. Qua (inquit) facta copulatione, vtitur homo proprio intellectu agente: quo duce põt per omnia entia vagari, cũ nobis factus ſit forma, dum poſſibilem intellectum informat. Et quoniã agens inter abſtractas intelligẽtias numeratur, quaꝝ vnaquęq; perfectionẽ ſuam ſortitur a prima, ex. 12. meta. 44. ideo eo mediante illam primã fœliciſſimãq; poſſumus intelligere: quæ ſibi eſſentialiter, & nobis participatiue fœlicitatem tribuit. per cuius intellectionem homo intelligit omnia entia, quæ cõtinentur in ipſa, quæ non ſunt niſi ſcientia eius: & hoc modo illi aſſimilatur homo, & redditur fœlix. Quem ſtatum magnifaciens Auer. inquit. Homo igitur ſm̃ hunc modum ſicut dicit. Themi. aſſimilatur deo in hoc ꝙ eſt omnia entia quoquomodo. entia enim nihil aliud ſunt niſi ſcientia eius: neq; cauſæ entium nihil aliud ſunt, niſi ſcientia eius. & q̄ mirabilis eſt iſte ordo: & q̄ extraneus eſt iſte modus eſſendi. Ex his omnibus, quæ ex Comen. 5. & 36. tertii de anima colliguntur, patet ꝙ fœlicitas vltima, & vita ſempiterna, non formaliter, ſed ſolum diſpoſitiue cõſiſtit in ſcientiis ſpeculatiuis: eo ꝙ per eas homo ad receptionem agentis intellectus diſponitur, & eo mediante ad primæ intelligentiæ apprehenſionem, vbi fœlicitatur, & viuit eternę. Sed quoniam via ad terminum aliquãdo denominatur a termino, vt via ad naturã, natura dicitur ab Ari. 2. phi. 14. inde ſcientię ſpeculatiuę fœlicitas hoĩs appellãtur. Vltra ꝙ ſuo ꝓpoſito ſatis erat, quod de ſciaꝝ vtilitate loquebat̃. Sed pro doctrina pleniori ſcias quoſdã, cum putarent ſm̃ Auer. intellectũ agentẽ eſſe deũ, putaſſe etiam copulationem cum ipſo, eſſe copulationem cum deo. Ad quod Auer. mouet eos. 12. metaphy. 38. dicens.

Intellectũ agẽtẽ eẽ deũ ſecũdum aliquos.

, Apparet bene ꝙ Ariſto. opinatur ꝙ forma homi-
, num in eo ꝙ ſunt homines, non eſt niſi per copu-
, lationem eorum cum itellectu qui declaratur in
, libro de aïa eſſe principiũ agens nos, & mouens
, nos: intelligẽtię.n. abſtractę debẽt eẽ principia eoꝝ
, quoꝝ ſunt principia duob⁹ modis, ſm ꝙ ſunt mo
, uẽtes, & ſm ꝙ ſunt fines: intelligẽtia.n. agẽs inq̃tũ
, eſt abſtracta, & eſt principium nobis, neceſſe eſt vt
, moueat nos ſicut amatũ amãs. Et ſi oĩs motus ne
, ceſſe ẽ vt cõtinuet̃ cũ eo a quo fit ſm finẽ: neceſſe ẽ
, vt ĩ poſtremo cõtinuemur cũ ĩtellectu abſtracto,
, ita ꝙ erimus dependentes a tali principio, a quo
, cœlum dependet, quãuis hoc ſit paruo tempore

nobis. Amplius Ari. 3. de aïa. 19. dicit, intellectum agentẽ eſſe purũ actum, cum quo non eſt admixta potẽtia: & ideo nõ qñq; dr̃ intelligens, & qñq; nõ. Hoꝝ primũ ĩquiũt ſolo deo cõpetit: vt habet co. 3. de aïa. 5. & 5. meta. ca. de pfecto. Veꝝ ſi vidiſſent hi cæteras auctoritates quæ diametraliter ſonant oppoſitũ; iam in hãc calumniã minime prorumpiſſent. Inquit in paraphraſi. meta. trac. 4. colũ. 6. Co. Intellectus agens eſt principiũ ad quaſdã res, quæ ſunt ſub orbe lunę: ſed primũ principiũ eſt principiũ oĩum rerum. Q̃o ſtabit hoc cũ ea poſitiõe? niſi Cõmẽtatorẽ fateamur incoſtantẽ quod nõ eſt dicẽdum. Pręterea inquit in eodẽ tracta. ꝙ intellectus noſter ſiqd ĩtelligit de abſtractis, eſt ſm ordinẽ. & id quod primo cõprehẽdit eſt id quod propinquius eſt nobis, & eſt intellectus agẽs, & ſic gradatim vſq; ad primã intelligẽtiam. Et parum infra cõcedit aperte dari principiũ ſuperi⁹ ad intellectũ agentẽ ita dicens. Et nihil differt ſi cõceſſerimus hoc in intellectu agẽte, ſiue in eo quod eſt ſupra ipſum de his principiis. An hæ auctoritates oppoſitũ clare ſonant? Quare ſuppoſito eo (quod verum puto) ꝙ homo prius copulet̃ cũ intellectu agente; & eius medio copulet̃ cum primo principio, quod eſt ab eo diſtinctũ: rñdeo ad auctoritatẽ 12. meta. in qua tantũ voluit Co. notare ſimilitudinem inter illud principiũ a quo cœlum, & illud a quo nos dependemus. quod notat per li tali principio. quod ſimilitudinẽ importat. Poteſt autẽ ea ſimilitudo ſic exponi: ꝙ quęlibet forma abſtracta eſt principiũ ſui principiati duobus modis, vt agẽs videlicet & vt finis ſeu forma. & cũ intellectus ſit abſtractus, ideo per ſuam cõtinuationẽ eſt principiũ hoĩs inquãtum homo dupl̃r, ſm agẽs, in principio, & ſm finẽ, in fine cõtinuationis, cũ ipſi copulat̃. Quare pariter cœlo, ab abſtracto principio, vt ab agente, & fine dependet. Poteſt & alio mõ exponi, vt Ioanni placet, ꝙ ſicut cœli principium eſt oĩum entium principiũ, ita intellectus agẽs oĩum noſtrarũ intellectionum. & ita nos a tali principio pendemus, a quo dependet cœlũ. Vel & tertio mõ ꝙ pro quãto nos per vnionẽ cũ intellectu agẽte cœleſti principio copulamur: eo fit vt ab eodẽ numero principio mediate ſimus depẽdentes, a quo cœlum ĩmediate dependet. Cui expõni fauet Co. In paraphra. meta. trac. 4. col. 10. dicens ꝙ intellectus noſter per agentem prius intellectum, gradatim ad primam intelligentiam aſcendit ac illi vnitur. Harum expoſitionũ primæ ſimilitudinem principii referunt. tertia vero identitatẽ. eam aũt eligas, quæ tibi placet. Ad reliquã philoſophi auctoritatem dico ꝙ ideo dicitur intellectus agens ab Ariſto. purus actus, non quia deus ſit, omnium ſuppremus: ſed quia non eſt forma educta de potentia materię. Quam reſponſionẽ (ne voluntaria videatur) innuit Themi. 3. de aïa cap. 26. dicens. Intellectus agentis ſubſtãtia eſt actus nõ de potẽtia aliqua eruptus: ſed ſuapte natura. Sed iterum in prædicta dubitat̃. Si totalis vnio alterius intellectus cum altero fieri non põt, niſi oĩa ſpeculatiua intellecta perfecerint intellectũ poſſibilem. Sed hoc fieri nõ põt ſm ipſum in deſt. deſtr. diſp. 14. ad vltimũ dicentẽ. Sed concedendum eſt ꝙ intellectus humanus valde deficit in rõne, vel cauſis naturaliũ rerum. Et. 2. cœli. 16. Intellectus (inquit) humanus non põt cõprehendere verificationem illius cõparationis, quę pars cœli ſit nobilior, an illa quæ eſt ſub polo artico, an illa quæ eſt ſub polo antartico. Quod maxime Ph̃s cõfirmat. 2. meta. primo dicens ꝙ intellectus noſter ſe habet ad ea quæ ſunt manifeſtiſſima in natura, ſicut oculus nocticoracis ad lumen diei. Ergo hęc duo in Cõmẽtatore repugnãt ꝙ poſſit totalis vnio fieri intellectus agentis cum poſſibili, & ꝙ poſſibilis nõ valeat oĩa intelligere. cum hoc ſecũdum ad primũ ſit neceſſarium. Ad hęc dico ꝙ verum eſt, non poſſe noſtrum intellectũ difficilium intelligibiliũ naturas per eſſentiales cauſas, & rõnes ſcrutari. quod poteris & clare, & pulchre, tum ab Ariſt. in principio meteoroꝝ, tum a Cõ. 2. cœli. 60. cõſpicere. Sed bene põt aliqual̃r circa quodcũq; diſcurrere, ac illud (licet nõ demonſtratiue) quoquomodo tamen intelligere, ſaltem per media probabilia, & circunſcribentes diffinitiones. Quod ſcias ꝙ in materialibus non ꝓuenit ex defectu noſtri intellectus: ſed ex rerum defectu. Namq; res materiales: cum particulares ſint, & potentia intelligibiles: intellectui de ſe offerri nõ poſſunt. Ad hoc autẽ vt actu ĩtelligibiles efficiant̃, opus agẽtis ĩteruenIat oportet, vt ſuperius oſtendi. Agens aũt opus ſuum pręſtare non põt, niſi prius ipſę res offerãt phãtaſma ſenſui. a quo deinde offerat̃ intellectui. Siquidem oportet intelligentẽ phantaſmata ſpeculari. Illę res igitur facillime intelliguntur, quæ poſſunt maximum ſui phantaſma ſenſui offerre. Circa illud enim põt intellectus facillime negociari. At econtra quæ res propter remotionem a ſenſu offerũt illi debile phantaſma: non ita facile, nec prompte intelliguntur. Id innuens dixit in ſecundo de aïa p̃hus. 92. ꝙ de odore & olfatibili non poteſt bene
determinari, quia homo praue odorat, & hic ſen- ,
ſus non eſt certus in nobis. Quod exponẽs Auer. ,
inquit. Et intendebat demonſtrare p hoc cãm pp ,
quã intellectus difficile cõprehẽdit dr̃ias odoꝝ. & ,
eſt qa iſte ſenſus eſt debilis qui cõprehendit dr̃ias ,
ſenſibiles odoꝝ. Cõprehenſio enim dr̃iaꝝ rerũ ſen ,
ſibilium a ſenſu, eſt cã incõprehenſione earum ab ,

Improba tio ipſoꝝ.

Cõtra po ſitionem Cõmẽta.

Solutio.

Vnde dif ficultas i telligendi materia lia cõtingat.

Intelle ctũ agẽ tẽ eẽ deũ ſecũdum aliquos.

intellectu. Hac ratiōe fit vt materia, q̄a a sensibus remotissima, non nisi uel negatiue, ut. 10. met. 24. vel comparatiue intelligatur, vt primo phisi. 69. Quæ defectuosa seu difficilis intellectio non ab intellectu, sed a rebus contingit. licet Scotus, & Anto. Andreas oppositum teneant. Verum econtra in abstractis substantiis difficultas intelligēdi nō a rebus oritur, sed a defectu intellectus nostri, qui propter molem corporeā a phantasia dependet. Sed separatæ substantiæ, quia vniuersales & abstractæ sunt: non possunt esse obiecta phantasiæ, quare eo modo quo possibile est, per suos effectus, & hæc inferiora cognoscuntur. Ad ꝓpositum igit̃ dico ꝙ eo modo intellecta speculatiua concipiuntur, quo possunt opus intellectus agentis admittere. qui cum possit aliquoꝝ phantasmata essentialia abstrahere, quorūdam vero non essentialia, sed circūscriptiua & imperfecta, eo fit vt quædam funditus intelligat, quædam circūscriptiue tm̄ & aliqualiter: siue ex sui defectu, siue ob rerum minimā entitatem. hoc aūt circa oīa entia contingit: ideo philosophus. 3. de aīa. 4. dixit ꝙ intellectus omnia intelligit. & . 2. phi. 47. Co. dixit. nihil ē naturaliter ignotum. & primo de generatione. 19. dixit: antiquos in hoc viam veritatis insectari. ꝙ ens esse cōprehensum: & non cōprehensum naturaliter ens non esse affirmarunt. Cum igitur ita sit ꝙ intellectus eo modo quo pōt, seu quo entia perceptibilia sunt, oīa percipit. tūc quū oīa speculabilia phātasmata fuerit speculatus suo mō. adiutus ab ope agentis. tunc agens, cuius oē opus iam perfectum est, fit tandem forma possibilis. oīa enim quæcūq; poterat agens abstrahere, iam abstraxit. Ex q̄bus patet iam solutio ad obiecta. Cum. n. dicit primo Co. ꝙ multum deficit intellectus humanus &c. verum est. Sed inde non sequitur ꝙ nullo mō possit ea intelligere: & si nō per essentiales rōnes, & causas: saltim per effectus, vel altero quocūq; mō intelligibilia sint. Et similiter ad aliam auctoritatē ex secūdo cœli. Ad id vero quod philosophus. 2. meta. primo dicit, rn̄deo ꝙ sermo ille non impossibilitatem, sed difficultatē arguit. non enim sicut oculus nocticoracis nullo modo pōt aspicere diei lucem: ita nec intellectus noster nullo mō substātias separatas intelligere. Sed bene sibi difficultatē parit aliquā de eis habere certitudinem. Quam glosam philosophus. 9. meta. vltimo cōfirmat inqens. ꝙ ignorantia simplicium non est sicut cæcitas. cæcitas enim est vt vtiq; si q̄s intellectum nō habeat. Innuens per hoc ꝙ in hoc ignorantia simpliciū a cęcitate differt. ꝙ hęc vltra hoc ꝙ est cognitionis defectus, est adhuc defectus potētiæ cognoscētis. Sed simplicium ignorantia nō nisi cognitiōis defectus est, nō aūt potentiæ cognoscentis, intellectus. s. Ex quo tex. sanctus Tho. ingeniose sumpsit. ꝙ humanus intellectus substantias abstractas intelligere potest ꝓm Ari. quā rem ipse in. 3. de aīa. 36. dimisit. De qua re licet sanctus Tho. Auerroim impugnauerit in. 2. meta. 1. ibi tn̄ veritatē sequutus, eam cū Auer. fatetur. Siquidē nulli nostrū dubium est, hoc esse in fide catholica & veritate impossibile, nisi miraculose proueniat, vt de sanctis, simul & de prophetis aliquibus legimus. Verumtamen scias ꝙ Auer. eam litterā noni meta. nō negatiue sed affirmatiue legit sic. ꝙ ignorantia simplicium in intellectu rationali est sicut cęcitas. Ne tamen ex hoc conturberis, nec inter eam affirmatiue lectam, & negatiue, aliquam differentiam esse credas, sed si bene speculaberis, in idem cōincidere reperies. quod nunc gratia breuitatis omitto. Id tm̄ in huius rei signum apponam, ꝙ id idē q̄d ex vna lectione colligitur, a sic ipsam legentibus, colligitur ex altera, ab Auer. s. ꝙ intellectus possit in hoc statu substantias abstractas intelligere: in quaꝝ intellectione fœlicitatur. Clarum igitur habes in quo fœlicitas humana consistat ꝓm perfidum Auer. a catholica fide, & a veritate alienum. q̄m dispositiue in speculatiuis scientiis. Sed completiue, in intuitiua speculatione dei. Habes item q̄uo hæc fœlicitas per speculatiuas scientias acq̄ratur. Patet vlterius an intellectus agēs sit deus, an non.

Vnde difficultas in abstractis intelligendis.

Formalis solutio ad argumenta

Correlarium Sancti Tho.

Epilogus

sapiens quando nouit mortem de necessitate ile, et dubitat expoliari a perfectione quam habet, eligii mortem prę uita.

Propositio quinta.



FVIT Auer. theorema. 1. phi. in prologo. ex quo potes elicere ꝙ apud eum fœlicitas humanitus acquisita, nedum morte superueniēte (vt dicā) . sed etiā ꝑsistēte uita, pōt iterū deperdi. Si enim philosophus ille, qui per scientias speculatiuas ꝑfectus, tādem fœlix est, ea dubitat expoliari: signū est ꝙ ipsa non stabilis, sed caduca est. Nec valet si dicatur, ꝙ non seq̄tur, ille dubitat eā perdere, ergo ipsa pōt deperdi. q̄m illa dubitatio ꝓuenit ex hominum proprio. consuetū est nāq; hoībus semper quod carum habēt, dubitare ne perdant. Hoc inquā nihil est. Siq̄dem homo nūq̄ dubitat de eo quod certū sibi constat. dicente pħo. 9. meta. 17. & Co. 12. eiusdem. 41. nō est timēdū cœlum quiescere. Cū igitur ille fœlix sit, ac oīa sicuti sunt cognoscat cum deū & intelligētias intuitiue cognoscat. Cognoscit ergo an possit ea fœlicitas ꝑdi, necne. Si non q̄d timet: Si timet ergo nō secura, sed fugitiua. quāobrem mortem eligit, ut potius in illa fœlicitate pereat, q̄ viuat post eā amissam. Quod prętere a pōt ea rōne persuaderi. Medium istius fœlicitatis (vt iam monstratum est) intellectus speculatiuus est, vt ea dispositio quę subiectum ad eius receptionem prędisponit. qui intellectus postquā ē acquisita fœlicitas, ad eius conseruationem facit. Eo modo quo dicimus ꝙ dispōnes quę pro eductione formæ, materiā prędisponunt, deinde ad ipsius conseruationem cōcurrunt. Et sicut forma nō quolibet instāti valet educi, sed post dispositionū complementum, cum generatio nō sit motus, sed finis motus. Ita fœlicitas nō in quolibet termino

Quod fęlicitas humana possis in uita deperdi.

intellectus

intellectus speculatiui potest acqri, sed post eius pfectionem. Si ergo hic intellectus corrumperetur, iam fœlicitas amitteret. Sed certum est eum posse per obliuionem corrumpi, vt ille qui a memoratiua dependet: ergo certum est posse fœlicitatē depdi. Verū tñ aduerte q̄ licet & in fieri, & in cōseruatiōe fœlicitas a speculatiuo depēdeat, alio mō, tñ ad fieri, alio mō ad seruari cōcurrit. Ad fieri siqdē eū eē pfectū ē necesse, ita ut tūc nobis intellectus agēs cōpuletur, qñ possibilis per oīa speculatiua intellecta iam actuatus est, sic enim speculatiuus perficitur. Ad seruari aūt nō totus requirit, sed eius ps sufficit, sicut etiam fieri formæ, puta hoīs materiā summe dispositam postulat per dispōnes vt octo, quæ si post eductam formā, a tali gradu deficiant, inde non sequitur corruptio formæ, sicut in senibus manifestum est, plura enim pfieri, q̄ pro facto esse requiruntur. Ex quo nunc traho unum quod in proprio de hoc theoremate dimissi, q̄ñ, s, intellectus cū substantia sit impartibilis, & īmixta, possit nobis successiue vniri. Dico q̄ hoc non est ex parte intellectus vt nobis est forma, sic enim acqritur in instanti. Sed ex parte dispōnis qui speculatiuus intellectus est: quo mediante intellectus agens successiue nobis cōicatur, non vt forma, qa sic successionem terminat, sed ut agens. Qua rōne nō ab re tenuit. Auer. dupliciter nobis intellectū copulari. in principio siquidem ut agentem, in fine uero ut formā. Sicut in simili de formę gñatione quę partitionem nō recipit. 1. phi. 6 2. dicebat. Cuius generatio cum successiua debeat esse, quia est de opposito in oppositū. & ex parte formę nō possit prouenire successio, ea erit ex parte dispositionum præcedentium. Auer. inqt. forma. n. indiuisibiliter acqritur. Sed remanet aduersus theorema principale duplex difficultas. Nāq; si (ut in superioribus patet) hęc fœlicitas ē fœlicitas ultima, & sempiterna uita, qūo igit̄ sapiēs eligit mori. Pręterea videt̄ illa sapiētia ignara, potius eligere nō esse, q̄ esse sine fœlicitate. nā non esse cum habeat rōnem mali, nullo modo eligibile est, sed esse sine fœlicitate, licet sit esse miserum, cum tñ entis rōnē includat, est eligibile quodāmō. Et si diceret forte quispiam dulpex dari non esse: videlicet non esse oīno, & nō esse tale, quoꝝ sapiens primum dimittit, & secundum eligit: nō esse. s. huius uitæ, ut post ipsum aliud esse pfectius acquirat. Cōtra licet hoc possit in uera, & christiana sapientia concedi, quę post hoc esse aliud nobilius, & æternum statuit. sicut Paulus ut moraretur cū Christo, dissolui cupiebat. hoc tñ nec admitteret. Auer. nec Ari. affirmaret, qui nolūt aliquod esse hoī peculiare post mortem remanere, ut dicā. Respōdeo igitur ad Auer. mentem, q ad primā rñdet ipsemet. 8. phi. in phemio sic dicens. & ista dispositio est fortunitas ultima, & fm̄ fatuos uita æterna. Ac si uelit per hęc dicta innuere q̄ in his locis loquutus est ut plures loquuntur. nec hoc inuestigare fuit sibi curæ, eo qa non erat determinandi locus. Sed ueritas est (ut ipse innuit) q̄ nō ē uita æterna, cū depēdeat a corpore corruptibili. Quod ipsemet, pariter & Ari. 12. meta. 3 8. confirmant dicentes. Deductio qualis optima paruo tēpore nobis, illis aūt semper. Scias aūt q̄ per fatuos. Auer. loquentes trium legum intelligit ac si tres leges hanc suā auerroicā fœlicitatem vitā æternā esse cōcederent. sed demens in hoc decipitur: qm̄ illæ prostratu isto fœlicitatē nō ponunt, sed post mortem solū. tunc enim inquiunt hominis intellectus fœlicitatur. Quod ipse nō cōcederet cum sue pōni repugnet, qua vnicū oībus hoībus intellectum putet. Hinc igitur videre licet quā tibi fœlicitatem scientię speculatiuę pmittāt: eam inquā, quā post longum, extremumq; laborē acquisitā, deperdere potes. Ecōtra vero christiana religio tale tibi donū in beatitudinem pmittit, qd æternum tibi comparas, & infallibile. Ad secundā fuit a sancto Thoma determinata sententia q̄ non esse pōt dupliciter sumi, vno modo fm̄ se, alio modo vt miseriā qñq; terminat. Quoꝝ primo modo licet eligibile nō sit: vt tamē qñq; miserū esse finit eligibile est. Sic (inqt ille doctor) possunt dānati appetere non esse, non pp se ipsum, sed qa malo carere cupiunt, quo mediāte esse carebunt. Sic in proposito sapiēs mortē eligit, non pp̄ter, se ipsam, qm̄ per se non est eligibilis, qa est absolute malū, cum sit non esse oīno dicente pħo. 3. ethi. cap. 8. terribilium omnium mors: hic enim finis: nec quicquam preterea bonum vel malū mortalibus videt̄ esse. Et Co. 5. phi. 5 8. dicit q̄ omnis corruptio est contristabilis necessario, sed violenta est magis contristabilis. Et similiter fatuum esset, nec esse nec fœlicitatem, potius q̄ esse sine fœlicitate desiderare, cū primo ethi. cap. 14. dicat. Ari. mortuum fœlicem non dicimus. Id expressius patet ex intellectus vnitate quam Auer. & Ari. posuerunt: qui post mortē non proprius, sed cōis est: pprius enim ex phantasmatibus fiebat, quę superueniēte morte corrumpunt̄. Verū qa sapiens ea qua fruitur fœlicitate priuari dubitat sine qua postea sit sibi miserū esse, iō mortem & non esse potius eligit, q̄ post eam amissam miserā ducere vitā. Potest & aliter ad obiectum responderi & in idē coincidet, & dici q̄ Co. p sua verba vult conformiter ad philosophū loqui, 9. ethi. cap. 9. dicētē. q̄ sapiens magis volet breui tempore letari vehemēter, q̄ longo leuiter. & honeste vitam agere per vnum annū, q̄ multis annis vtrūq; contingat: ac rem vnā honestā magnam, q̄ multas & paruas. obeuntibus aūt mortem, id forte euenit. eligunt profecto rem magnam, & pręclaram sibi. Et Co. ibi, forsitā enim viro nobili potius eligedū est gaudere gaudio intenso tēpore modico, q̄ gaudere gaudio remisso tpe lōgo vt q̄ uiuat anno vno peragens actiones nobiles & venustas, q̄ viuat annis multis, agens, operatiōes multas. Quod etiam Ari. in primo de partibus vltimo inuit his verbis. Intellectus magis delectat̄ in modica intellectione substantiarum abstractaꝝ, q̄ magna istaꝝ materialium, ut magis est sibi de eis topica cognitio, q̄ demōstratiua de istis. sicut magis delectat pulchrā inspicere mulierē, q̄ alterius oīa pertractare mem

Ad fieri fœlicitatis specu latiuus intellectus quomodo requirat̄ & quomodo ad cōseruari

Correlarium

Prima difficultas

Secunda difficultas

Respōsio

Replica

Vera respōsio ad primam

Ad secundam sanctus Tho.

Q̄ nō ē sit quodā modo eligibile

Epilogus

Quod fœlicitas humana possit in uita deperdi.

bra. Hac igitur ratione Auer. hic sapiētem (inqt) mortem eligere prę uita, vt. s. bonum maius, bono minori prępονat, & actum sapiētis exerceat. licet mors per accidens eligatur. Sicut in simili, quod per se in naturalibus intēdit generatio est, corruptio vero per accidens. eo ꝙ forma per generationem educi non potest nisi remoueatur opposita. Hæc igitur ad obiecta. Ex inde patet, quō possit sapiens eligere non esse, qđ ſm se nō est eligibile.

Inductio in qua non inducuntur omnia singularia, non est ratio perfecta. Propositio sexta.



VERROIS est propositio. I. phisi. 48. contra antiquos, quos Ari. arguit eo quia veritate sola coacti, principia contraria sine ratiōe ponebant. per rationem exponit Co. rationem perfectā.

Glosa propositionis

Quod dictum quo ad formā inductionis intelligendum est. nāq; inductio, sicut quęlibet argumētatio, in se formam, & materiam claudit. Forma argumentationis est ille ordo quem vnaquęq; argumentatio naturaliter requirit. ut ꝙ in mō & in figura sit silogismus, & hęc forma in inductione ē omnia singularia inducere & numerare. Materia vero eius est illud circa quod uersatur subiectum.

Quid inductio de forma requirat

De forma igitur si debet esse inductio bona, oīum particularium enumerationē postulat. quod scribebat Co. 2. priorum. cap. 23. sic. Hic ergo propter hoc ut sit sequens ex inductione consequentia certa, quum complentur in ea omnia particularia. Et primo cœli. 128. inqt. Sed videtur ꝙ Ari. non inducit tales declarationes nisi ad iuuandum: & fortitudo earum non est nisi fortitudo inductionis, in qua inducuntur omnia particularia. Cum hoc tñ stat, ꝙ inductio sit bona bonitate materię, ēt si particularia oīa non inducantur. Nāq; inductio fit in materia necessaria, & in materia cōtingēti. in quarum prima pōt (vt dictum est) esse bona de materia, & si non numerentur omnia. non erit tñ bona de forma. quod Auer. tāgebat. 2. cœli. 49. Quo loco facit Arist. rationem ad ꝓbandum stellas per se titubando non moueri, sic arguendo: si sic mouerentur, oībus hoc competeret: sed hoc non est, ergo non sic mouentur. eo quia lunā non ita moueri manifestum est. Vbi vult Auer. in aduersariū Auic. ꝙ licet Arist. ratio non nisi in luna formata sit: vim tñ demonstratiuam in omnibus a materia sumat. Ea enim ratio (vt ipse dicit) super hoc fundatur, ꝙ stellę oēs sunt eiusdem speciei. in eisdem aūt specie, qcqd vni cōpetit, oībus cōpetit. Sic igit̃ eam rōnem formes ſm Auer. luna non mouet̃ sic, ergo stellę non mouētur sic. cuius tota ratio est, ꝙ ea inductio est in essentiali prędicatiōe formata: in qua licet oīa singularia nō inducat, uim tñ demonstratiuam ex materia sumit: si recte in eo loco sentit Auer. Quod idem in. 2. priorum cap. prędicto confirmat Auer. sic dicēs. Et non condictionatur in inductione ex hoc ꝙ trāsfertur ex inductione quę agitur in topicis, ad inductionem quę agitur in demonstratiuis, erit quidem veritas in ea de foris. s. per applicationem alicuius ad nos, qđ facit nobis lucrari inductio per se. Et si cōplentur, in ea oīa particularia, & est qa prędicatum essentiale per se inest subiecto: & per hoc differt inductio de qua hic agit̃, ab inductiōe demōstratiua. & hęc inductio oportet ut approprietur topicę, & illud apparet ex condictionibus artis. Sed occurrit dubitatio in hoc quod dictum ē ꝙ inductio quę oīa singularia inducit, est bona de forma. qm̃ tunc eēt hoc verum in materia contingenti: cuius oppositum ait Auer. 8. phi. 33. sic inquiens. Inductio in qua non percipitur ꝙ prędicatio est essentialis nō dat certitudinem naturalem, licet inducantur in ea oīa singularia.

Dubitatio

Ad quod respondeo ꝙ hęc duo non paruam apud me differentiam seruāt. Inductionē dare certitudinem naturalem, & eandē esse bonā, primū nanq; inductioni cōcedit̃ in materia necessaria, ēt si in enumeratione sit insufficiens: & ab ea remouet̃ in materia cōtingēti, et si sufficiēter enumeret. Secūdū vero inductiōi cōcedit̃ in materia cōtingēti si enumeret oīa, & eidē negat̃ in materia necessaria, si oīa non inducat. uideas quantū differunt.

Solutio

Pro huius vero declaratione nota, ꝙ dare naturalem certitudinē nil aliud sibi vult, q̄ dare scientificam & demonstratiuam certitudinem, quę sensui respondeat. iuxta id. Co. 7. de aīa. 2. ꝙ ponere aīam accidēs est impossibile, ſm ꝙ dat nobis prima cognitio naturalis. & primo cœli. 22. ꝑfectio sermonum demonstratiuorum est, vt confirment̃ a sensu. & tertio de aīa. 7. hęc. n. est condictio necessaria necessariis demonstratiōibus. s. ut apparentia sensu non differant ab eo quod per rōnem videtur. & . 8. phi. 22. experimētum (inqt) sermonū verorum est vt conueniat sensatis. Deniq; tam necessarium est ut uera demonstratio sensui correspōdeat, ut. 8. phi. 22. dixerit phs non esse dimittendā certitudinem sensus pp certitudinem intellectus. Primam igitur naturalem cognitionem eā intelligo, quę a sensata demonstratione habet ortum. & vniuersaliter ea est certa cognitio naturalis, quā sensata confirmant. Hanc certitudinem naturalē igitur non facit inductio ex sua forma. Sed si facit, non nisi ut est in materia necessaria. quare si non percipiatur esse in prędicatione essentiali (quod idem est) non pōt facere certitudinem naturalem etiam si oīa singularia inducat. & hoc vult. 8. phi. Auer.

Vnde habeat inductio ꝙ det naturalē certitudinem

Cuius ratio est quā ab Auer. colligo. 2. priorum allegato ꝙ inductio in materia contingenti, quā ipse dialecticā uocat, dupliciter differt ab ea quę in materia necessaria conficitur, quam demōstratiuam appellat. tum qa altera fit in prędicatis essentialibus: altera uero non. tum qa dialectica inductio enumerat oīa singularia ſm opinionē tm̄, demonstratiua vero enumerat omnia ſm rē. nāq; (ut ipse inquit) uis illius a forinseco medio pēdet: hoc videlicet ꝙ in eisdē specie, qcqd vni cōpetit, oībus cōpetit ex secūdo cœli. 59. i cuius uirtute ad vnius singularis enumerationem oīa colliguntur.

Cuius virtute similiter ea inductio uim demōstratiuam obtinet, quam ab enumeratione singulariū non habet. Quo fit etiam vt dialectica inductio, q̄ omnia singularia inducit, licet bona dicatur, non facit tamen naturalem certitudinem ob illius medii defectum. Quod q̄a solę necessariæ inductioni competit, ideo sola talis naturalem certitudinem facit, & non alia. Cuius argumēto est, ꝙ inductio de se est medium quo probātur ea quę sunt latentiora primis, & clariora vltimis propositionibus, vt primo cœli, 2. & .2. phi. 3. quæ cum nō sint naturaliter incerta, naturali certitudine nō hn̄t opus. q̄uo ergo inductio naturalem certitudinem de se dabit. Ad hoc aūt vt bona sit (quod erat secūdū) requiritur & sufficit ꝙ omnia enumerāda enumeret, in quacūq; materia sit, bonitate inquā formę. Vnde in materia necessaria, seu in essentiali prædicatione, vt terminis vtar Auer. licet fidem certam absq; ea condictione faciat rōne materię, & extrinseci medii, nō tamē erit bona de forma. Potissime autem in materia contingēti, ea cōdictio requirit: qua deficiente, nedum certitudinem naturalē, sed nullam vel minimam fidē in tali materia faceret. *Summa dictoꝝ* Stant igitur hęc tria simul. ꝙ inductio nō sit bona de forma, si omnia nō enumeret: & ꝙ sit bona de materia in prędicatione essentiali: ēt si omnia nō enumeret, & tertium quod huius videtur oppositum, ꝙ etiam si omnia enumeret, & prędicatio nō sit essentialis, bona non sit, idest certitudinem naturalem non faciat, vt superius dictum est.

Aer habet minime aliorum differentias sensibiles & consequenter aqua. Propositio septima.



VIT Arist. ꝓpositio pariter & Com. 2. de anima. 113. secūdo de generatione, 19. & .1. phisi. 54. Ex qua trahunt q̄dam ꝙ terra frigidior sit aqua. Sed q̄m huius rei declaratio petit alterius inq̄sitionem, an .s. aqua, cęteraq; elemēta, duas qualitates habeāt in summo, an alterā tm̄: ideo hanc rem tāgamus quantum ad principalis declarationē sufficiat. Quę licet difficilis sit; quam moderni non sine maxima formidine discutiunt, ut eorum protestationes ostēdūt: liceat ēt & nobis magnoꝝ viroꝝ sn̄ias assumere, & ad minus q̄d ipsorū aliqui sentiant recitare & enucleare. *Prima pō de qualitatibus elementorum* Quidā igit & nō absq; ratione putauere ꝙ elemētum quodlibet ambas teneat qualitates in summo. Vtputa ignis pariformiter, & in eodem gradu caliditatem & siccitatē sibi vendicat: & non vnā intensam: alteram vero remissam. Et cum oīa elementa sint in eodē ordine substantialitatis vt .3. cœli, idē putāt de aliis q̄d de igne dicendum. *Rō Galeni* Quam positionē tum Arist. tū Auer. auctoritatibus astruunt. Sed primo fuit pro hac parte pulchra ratio Galeni quę talis ē. Si elemētū hēt alterā qualitatē remissam: tūc numerus elementoꝝ non esset sufficienter ab Ari. probatus ex combinatione qualitatum. Nam si summa caliditas cum siccitate vt sex ignem cōstituit: tunc dicam Aristoteli ꝙ si sūmę caliditati siccitas vt quatuor adiungatur, aliud ab igne faciet elementum. Sic item & de frigiditate cum humiditate dicam, & de cęteris aliis. Quare non habebit Aristoteles intentum, ꝙ sola quatuor sint elementa. Sed si ambę qualitates statuantur in summo, pluralitas euitatur, nec sequitur inconueniens. *Auctoritas p ea.* Preterea in hāc sententiam Com. incidere videtur .3. cœli. 67. sic inquiens: *Alia rō* ignis non est ignis nisi per caliditatem & siccitatem in summo. Amplius id idē ex Aristotele colligi posse videt. 2. de generatione. 27. Docet ibi modum philosophus quo ex duobus elementis tertium generetur: ut ignis ex terra & aere. & inq̄t ꝙ terrę frigiditate, & aeris humiditate corruptis remanet ignis. Inde sic arguitur. si vna tm̄ qualitas est in igne intēsa, illa erit humiditas: siqdem caliditas est in igne intensa: sed in aere nō pōt esse remissa caliditas. aliter non posset post aeris corruptionem pro igne constituendo remanere. Similiter si frigiditas aquæ non est in summo, aut siccitas ignis, q̄uo ergo ipsarum vnumquęq; pro terrę generatione remanet post ignis & aquæ destructionem? Hęc & similia sunt huius positiōis fundamenta. *Secunda positio de qualitatibus elementoꝝ.* Altera est huic opposita opinio tenens q̄dlibet elementum vnam tantum intensam, alterā vero remissam qualitatem habere. Sumens sibi ꝙ Cōmētator habet expresse .4. meteoro. ꝙ elemēta non habent ambas qualitates in summo, quia tunc nec temperātia nec cōmixtio fieri posset inter ea. Etenim sicut ipsemet .2. de generatione. 48. dicit: mixtio contrariorum fit quando alterū non domiminatur super alterū, neq; habent equalem potētiam: si aūt potentia alterius fuerit simpliciter dominans, corruptio erit dominati, & generatio domināris, & si ęquales fuerint potentię, tunc nō fiet altera forma sicut declaratum est in .4. meteoroꝝ. & quum potentia alterius nō fuerit dominās simpliciter, sed dominans dominati, generabit ex eis aliquod medium. Cum igitur semetipsum vocet Auerrois in .4. meteo. occulte declarat ꝙ idē intēdit hic & ibi. Amplius primo cāti. 15. habet Auer. Oportet scire ꝙ aer est humidior aqua, & ꝙ aqua, nihilominus sit potentialior in humectatione corporū q̄bus obuiat, q̄d clarius? Ex q̄bus uerbis clare, quilibet coniicere pōt, quantam uim ea responsio teneat, quę dicit aerem esse in agēdo humidiorem: oppositū nāq; suis verbis insinuat Auer. Conformiter .4. cœli. 39. dans signū ꝙ maior grauitas in aere sit, ꝙ leuitas inquit: Et signum ꝙ grauitas est magis q̄ leuitas est, q̄a cā leuitatis in eo est calor, & causa grauitatis in eo est humiditas, & omnes conueniunt ꝙ humiditas in eo est maior q̄ caliditas: cū videtur esse humidior elementis, ex diffinitione humiditatis. Habes ad hoc præterea clarissimā philosophi sn̄iam .2. de generatione. 23. dicētis, ꝙ cum quatuor sint entia, vnius vnūquodq; est. terra quidem sicci, magis q̄ frigidi. aqua autē frigidi magis q̄ humidi. Aer aūt humidi magis q̄ calidi, ignis autem calidi magis q̄ sicci. Ad hoc re

ſpondent primi opinantes ꝙ Ari. ibi nō cōparat
vnam in vno elemento qualitatem, ad eādem in
altero: ſed comparat ambas qualitates vnius ad
vnum met elementum: ita vt velit ꝙ vnum elemē
tum magis, ideſt per prius vnam q̄ alterā ſibi de-
terminet: vt ignis magis, ideſt p prius eſt calidi q̄
ſicci: iuxta id ſecundi de generatione. 36. & . 7. phi.
29. ꝙ ſuſceptiuum cuiuslibet accidentis nō eſt cō-
tingens, ſed vnum vnius primum. Sed ſi ſtemus ex
poſitioni Cōmētatoris, ea qdem reſpōſio falſa nō
eſt in ſe: minus tamen eſt ad philoſophi mentem.
Sic inquit in eo loco Cōmentator. Sed vnaquæq;
qualitatum ſimplicium eſt in vno illoꝝ in fine: ter
ra aūt magis ſicca q̄ frigida &c. Hæc poſitio qm̄
his īnititur auctoritatibus, magis cogit intellectū
meum, quæ magis per ſequentia clareſcet: licet in
hac re maximam fatear difficultatem videre veri-
tatē. Sed quæritur modo quę ſit hæc qualitas in
vnoquoq; intenſa: primum nāq; accidentis ſuſce-
ptiuū, vnū eſt & nō quodlibet ex. 7. phi. hoc nāq;
vniuerſi diſtributiua iuſtitia perit: vt nō quodque
elementum quālibet qualitatem poſſit ſibi indiffe
renter occupare. Nā entia quę perficiunt vniuer
ſum, ordinibus ſuis ordinata ſunt, & ligata, dicēte
Boetio. Tu numeris elementa ligas. Sanctus Tho
mas quęſito ſatisfaciens. 2. de generatione. 23. vbi
philoſophus vnicuiq; elemento ſuam tribuit qua
litatem excedentem, inquit. nō eſſe credēdum ter
ram ſicciorem igne: hoc enim tex. non dicit: & rō
perſuadet in oppoſitum. Etenim duo ſunt quæ ſic
citatem faciunt: denſans frigus, & conſtringens: &
conſumens humiditatem caliditas. Et cum motus
calorem efficiat, ideo quod motui ꝓpinquius eſt,
erit calidius: huiuſmodi aūt eſt ignis: ignis igitur
eſt primum calidorum. Tunc accipit calorem po
tentiorem eſſe in humidum conſumendum, q̄ fri-
gus: quia de qualitatibus actiuis, caliditas actiuior
eſt ipſa frigiditate: quare in igne erit maxima ſic-
citas, qa in eo eſt maxima caliditas. Et ulterius (in
quit) cum uirtus mouentis minor ſit in remoto, q̄
in propinquo: ideo uirtus cœli minus materiā ae-
ris calefaciet, quare aer remanebit humidus ma-
gis, q̄ calidus: nō tn̄ humidior aqua: etenim aqua
humidior eſt: qm̄ eius frigiditas facit humidū ad
ſe fluere: quod non facit caliditas aeris. Qđ aūt ſic
ſit ſenſus oſtendit: ſenſu nāq; ſenſibilia iudicamus.
Iterum inqt aqua minus frigida eſt, q̄ terra. Ipſa
nāq; qa maxime diſtat ab orbe inter cætera elemē
ta, neceſſario erit omnium frigidiſſima. diſtātia ſi-
qdem a cœlo frigiditatē facit: ſicut propinquitas
caliditatem. Hoc modo: hiſq; rationibus. Sanctus
Tho. q̄ſito ſatisfacit. Quē in hoc ꝙ terra ſit aqua
frigidior, inſequutus eſt burleus. Sumēs fundamē
tum ex tex. & Co. 54. primi phi. vbi tex. inqt, ꝙ aer
habet minime aliorum differentias ſenſibiles: con
ſequenter autem aqua. Reddit rōnem Co. qa con
trarietas eſt minus ſenſibilis in mediis, q̄ in extre-
mis: & cum aer & aqua ſint media inter terram &
ignem ergo. Sed eoꝝ reuerentia dixerim, habet ip
ſorum vterq; Ariſt. & Auer. in oppoſitum. Ecce in
quit. 2. de generati. 8. Ari. Calidum eſt illud quod
homogenea cōgregat: frigidum autem quod tam
homogenea, q̄ etherogenea vnit. Tunc ſic: cui ma
gis diffinitio, magis cōuenit & diffinitū: etenim ſic
ordinauit in elementis phs ibi calidum, frigidum,
humidū, & ſiccum. ſ. ex eorum diffinitionibus. Sed
aqua (vt ſenſus oſtēdit) magis homogenea, & ethe
rogenea congregat: ergo eſt frigidior terra. Eodē
modo humidum eſt (vt ibidem) quod proprio ter
mino indeterminatum eſt: ſed alieno terminabile.
hoc aūt aeri magis, q̄ aquę cōpetit. Etenim aqua,
ſi ad aerem reſpiciamus, quandā terminationem
habet, nec ita fluida eſt ſicut aer. quod ex ſubtilita
te magis apparet, quæ magis aeri, q̄ aquæ ineſt.
Eodem modo de ſiccitate arguēdum quæ igni in
exiſtit & terrę. Siquidem ſiccū eſt ſuo termino ter-
minatum: & alieno male terminabile. quod terræ
magis, q̄ igni competit ergo. Amplius ſi ſnīę ſan
cti Thomę coniungatur ſententia Auer. 1. cant. ſe
quetur ꝙ aqua nullam qualitatem in ſummo ſm
gradum ſibi uendicabit: ſed ſm agere tantū. Nam
ſi terra (dicēte Sancto Tho.) ſit aqua frigidior, er-
go aqua nō eſt in gradu ſumme frigida: ſed ex alia
parte aerem eſſe aqua humidiorem fatetur Auer.
igitur nec ſumme humida eſt aqua. Ipſoꝝ igitur
male dixit alter: ſi tantos uiros male dixiſſe putan
dum eſt. Eſt prętera pro hac poſitione clara ſnīa
Alex. 1. meteo. cap. 4. dicentis. terrā ſiccam magis
q̄ frigidā: & aquam frigidā magis q̄ humidam: &
aerem humidum magis q̄ calidum: & ignem cali-
dum magis q̄ ſiccū. Adhuc ſtante hoc (quod & ip
ſe fatetur) ꝙ vna qualitas ſit in elemento in ſum-
mo: q̄ro quę eſt in ſummo in igne: certe nec Ari.
ipſe negaret caliditatem ipſam: ſi uerū in de. ſen.
& ſen. dixit, ꝙ ignis ꝓprium calidum eſt: terræ ue
ro ſiccum. Quo ſtāte, ergo caliditas nō eſt in aere
ſumma: cum pręcipue a motu cœli remoueat̄ aer.
Igit̄ humiditas erit in aere ſumma. talis ergo nō
erit ſumma in aqua. & ſic in aqua ſummum ilocū
frigiditas hēbit: & in omnibus diſcurras: quouſq;
tandem pręſcriptū ordinem Alex. uerū reperies.
Cui philoſophus. 2. de genera. 23. ſed clarius. 1. me
teoro. aſſentire uidetur ſic inquiens. In medio, &
circa medium quidem igitur eſt quod grauiſſimū
& frigidiſſimum. Etſi quidā per grauiſſimum &
frigidiſſimum terram intelligere uelint. ſuā tamē
ipſis expoſitionem relinquas in re tam clara. Vi-
deas Auerroim, videas Alexādrum uideas expoſi
tores cęteros: vnanimiter oēs grauiſſimum ad ter
ram, & frigidiſſimum ad aquam referunt. Ita igi-
tur elementoꝝ qualitates ordinādę ſunt. terra ſic
cior eſt oībus: frigidior omnibus aqua: humidior
aer: ignis uero calidior oībus. Et ad obiecta Sācti
Tho. dicerem cum formidine tanti uiri, ꝙ illa ua-
lerēt, ſi ſiccitas ignis eſſet minor terrę ſiccitate pp
humiditatis admixtionem: qua ex ignis calore cō
ſumpta, redderetur materia ſumme ſicca. Sed nec
in igne, nec in alio (ſicut dicā) efficitur minor qua
litas ex admix tione contrarii: ſed fit minor ab illi
us natura cuius eſt illa qualitas. Nā ignis natura
talem

Quæ ſit qualitas in vno- quoq; in- tenſa.

Reſpōſio S. Tho.

Impu- gnatio

Vera pō de ordine qualita- tum

Ad obie- ctā San- cti Tho.

talem siccitatē a sua specie reqrit, ꝑpter quod non obstante ꝙ in eo siccitas sit caliditati coniuncta,in terra vero frigiditati:tamē qa pricipalis cā frigiditatis in terra,est natura terrę, ea ratione frigiditas summā siccitatē secū compatit̄.Et ecōtra si ignis a ꝓpria natura summā peteret siccitatē:& per possibile vel impossibile summā caliditatē nōhaberet, non min⁹ posset summā habere siccitatē. Et quod magis hoc cōfirmat ē,ꝙ ignea caliditas nō pōt suę materię sūmā siccitatē tribuere,ex hūiditatis adu/ stiōe:qm̄ tūc eēt actu cōbustiua,& calefactiua.Qđ falsū eē colligit̄ ab Auer.4.cœli.23. sed clarius.2.de gña.22.clarissime vero prio cāti.15.Per hęc mō formalr̄ ad argum̄ dico ꝙ ē qdē caliditas ad hūidū cōsumēdū friditate potētior:sed ibi nō ē hūiditas cōsumēda.Et vltra hoc caliditas nō exsiccat ignē in sūmo,qa nō actu calefacit,& cōburit.Ad aliud aūt ꝙ aq̄ sit hūidior aere,dico ꝙ pria cā hūiditatis ī aq̄ ē nā sua q̄ sic expostulat.cū hoc tñ nō valet ꝙ rōe friditatis aq̄ sit hūidior.friditas siqdē poti⁹ hūidū cōdēsat:vñ sensus attestat̄ ī aq̄ maiorē q̄ ī aere densitatē.Qua rōe fit,vt ēt maiorē pcipiat sensus hūiditatē.non eqdē qa aq̄ sit graduał̄r hūidior.Oēs igit̄ hę q̄litates ꝑ suæ nāę exigētia dāt̄ eētis.Vñ fit ēt vt terra q̄uis a cœlo remotior,nō tñ aq̄ fridior Intelligit̄.n.Auer.dictū.4.cœli.49.ī entib⁹ nāl̄r aptis vt affectiōes suscipiāt:act⁹.n.actiuoꝝ sunt ī bñ dispositō patiēte:cuiusmodi nō ē friditatē ipsa terra.

Ad obiecta Burlei. Ad Burleū dico,ꝙ si bñ p̄hi mentē scrutet̄, nihil ī oppositū hēt.Ver⁹ ei⁹ sensus hic est:ꝙ aer minime habet &c.i.minie sensui appet ꝙ sensibiles q̄litates sibi determinet aer,q̄ alia:cōsequenter aūt aq̄.

Declaratio Theorematis. Eo.n.ꝙ aer facile variabilis est:facileq̄ alienas impressiones suscipit:iō nulli ꝓpriū,sed oīb⁹ cōe subiectū appet:post ipm̄ vero ita se habet aq̄.Cui⁹ sensus veritatē ex Ari.intentiōe sic ostendo.Intendit ibi p̄hs nām̄ cōtrariis pricipiis subiectā paulatine nobis manifestare.Quę cū oī debeat cōtrarietate carere:vt quālibet recipe valeat:iō priscoꝝ opiōnes ī mediū affert:eāq̄ īter alias meliorem eligit,q̄ aerem posuit cōtrarietatis subiectū.Hęc.n.suæ ponendę veritati ꝓpinqor est ea rōe:qm̄ sicut ea nā quā q̄rit,cū debeat oīb⁹ subiici,nihil sibi ꝓpriū habet:ita & aer nulli ꝓpriū subiectum esse vr̄:& post ipm̄ aq̄.At nō sic se hñt extrema:q̄ suas magis fixas,magisq̄ īseparabiles sibi vendicare videntur. Hic est ver⁹ sensus q placuit antiqs.Alberto.s.Thęmi.& Simplicio. Exquo nō seqt̄ corrolariū Burlei.

Responsio quorūdā ad Auer. Ad auctoritatem Cōm.ibidem dixerunt aliq eā de mediis p cōpōnem esse ītelligendā:& nō p cōparationem:cuiusmodi est aer,& aq̄.Sed qm̄ Auerroim

Verus intellectus Auer. vident de aere,& aq̄ manifeste loq:iō ad hoc cōfugiūt,ꝙ debeat nō de alteratiuis,sed de motiuis q̄litatib⁹ ītelligi.Sed qcqd de hac rñsione sit,vr̄ mihi ꝙ ea res tāto labore nō egeat.Idem nāq̄ mihi vr̄ de P̄ho & Co.dicendū.Dicas ergo ꝙ nō de mediis & extremis absolute,sed de mediis & extremis elementis loqt̄ Auer.sicut & Ari.dicens ꝙ aer & cōsequēter aq̄ min⁹ hñt &c.Vnde verba Co.sunt hęc. Nam q ponit ipm̄ vnū medioꝝ.i.aquæ & aeris,re ctius facit,q̄ q ponit vnū extremoꝝ.cōtrarietas.n. min⁹ est in mediis q̄ in extremis. Sunt igit̄ Auer. verba nō aliter q̄ verba P̄hi exponenda:nam manifeste idē vterq̄ intendit.Quare ex suis verbis sic expositis nō seqt̄ terrā esse frigidiorē aq̄. Sed q̄spiā ingret:hucusq̄ dictū est,oē elementum alterā q̄litatem hr̄e remissam.Sed a quo sit hæc remissio,non appet.

Qđ qualitas elementi nō sit remissa ꝑ contrarium. Ad huius euidentiā scias ꝙ siccitas in igne (idem enim est de vna,quod de oīb⁹ iudiciū) nō est remissa,qa sit admixta cōtrario, puta humiditati:sicut albedinem fieri minorem dicim⁹,ex nigredinis mixtura.Sed siccitas in se simplex est:& ab oī mixtiōe semota.Sic autem remissa est, ꝑpter id quod dixi superius, qa.s.elementum illud cui⁹ est, ita ad talem gradū siccitatis limitat̄,ꝙ nō ad aliū. Nam si siccitas in igne admixta esset cōtrario,elementum esset cōpositum,& nō simplex:qa nō duę, sed tres essent in ipso q̄litates:quare nō sufficienter ex duab⁹ q̄litatib⁹ numerum eētoꝝ dedisset Arist. Id expresse voluit Alex. prio meteo.ca.4.dicens.Magis qdem frida est aq̄ terra:sed nō mixtura alicui⁹ caliditatis terra est min⁹ frigida q̄ aqua, & magis sicca est terra q̄ ignis:sed non mixtura alicuius humiditatis ignis est minus siccus q̄ terra. Et aer qdem magis humidus est q̄ aqua:sed non mixtura alicuius solidi aqua minus humida est q̄ aer. Nō enim vtiq̄ aliqd simplicium corpoꝝ esset. De elementis in suis locis & nō in mixto,hęc oīa sunt intelligenda.

Difficultas. Sed faciet in hoc difficultatē famosa ꝓpō,quā.2.cœli.37.P̄hs habuit. Remissio (īquiēs) fit pp ī potentiā:seu (quod in idem venit) ex admixtione cōtrarii.

Solutio. Dicas ꝙ ea ꝓpositio tm̄ in hñtibus cōtrarium verificat̄.

Limitatio dicti Arist. Lux enim remittit̄:cum tñ cōtrario careat.Sed nec etiā in oīb⁹ contrariū hñtibus,vera est.Elementoꝝ nāq̄ passiones,licet cōtrarium habeāt,non tñ a cōtrario remittunt̄.Sicut in fiīi.2.cœli.15.ex sñia Alex.dicebat Auer.ꝙ non est veꝝ ꝙ oīs remissio fiat p admixtionē cū contrario: nā in cœlo sunt ptes, quaꝝ vna est nobilior altera: cum ibi non īteruenīat oppositio.Pariter inferior orbis superiori tardius mouet̄:cū minus spatium in eodem tpe pcurrat:sine tñ interuentu cōtrarietatis.

Replica difficilis. Sed quod hæc oīa destruere vr̄, est ꝙ Arist.5. phi.45.expresse dicit. Minus semper cōmixtio contrarii est.Et Co.ibidem inquit:diminutū in omni genere est diminutum per mixtionē contrarii.

Solutio. Ex quibus videt̄ ꝙ tam in hñtib⁹,q̄ in nō hñtibus contrarium habeat ꝓpositio locum. Hanc magis expressam auctoritatem intuentes aliq, remissionem omnem a contrario fieri non negant. Verum (inquiunt) contrarium illud aliquando priuatiuū est. Nam lumen si remittitur,non nisi a tenebra remittitur: quod priuatiuum est:non quia tenebra lumini admisceatur:sed quia lumen deficit ab eo gradu in quo erat.Sed aduerte ꝙ remitti a positiuo,vr̄ a priuatiuo cōtrario,de vera,& ꝓpria remissione venit intelligēdū:& vt habeas qd velim.

Remissio duplex. Remissio in ꝓposito est duplex:altera respectu sui:altera respectu alteri⁹.Dicit̄ respectu sui remissa qualitas,qñ q̄litatis subiectū pōt eādem intensiorē hr̄e. Vtputa si forte caliditas in igne esset vt sex,remissa diceret̄:qa ignis pōt eādem intensiorē hr̄e:nisi ad

mixta frigiditas ĩpediat. Sed dr̃ respectu alterius remissa qualitas hoc mõ. Caliditas aeris licet ĩ aere sit in intensissimo gradu suę naturę: si tñ ad ignis caliditatẽ respicias: quę eminẽtior est: remissa dicit̃. Hoꝝ igit̃ modoꝝ primus ꝓprie remissio dr̃: secundus aũt improprie. nõ. n. est talis entis remissio ab eo quod prius erat, vel põt esse. Ex his mõ dico ꝙ primus & ꝓprius remissionis modus a cõtrario positiuo, vel priuatiuo fieri necesse est: ideo enim aer a summa humiditate declinat, qa forte in ignis siccitatẽ ꝑmutat̃, & de tali vtraq; auctoritas, & secũdi de cœlo, & qnti phi. hẽt intelligi, quod ex eaꝝ intento coniicies. Ecce intendit in secũdo cœli Phs motus cœli regularitatẽ ostendere: sic inquiens ꝙ si in eo ex totius transmutatiõe irregularitas ꝓueniret, ita vt totũ cœlum mõ velocius, mõ tardius moueret̃, hoc ei pp impotentiã cõtingeret: cum vniuscuiusq; remissio cõtingat ex impotentia. Vnde licet manifeste videre hoc de prima remissione intelligi: cum cœlũ prius velocius, post vero tardius moueri supponat. Amplius. 5. phi. ostendens minorem motus irregularis vnitatẽ, q̃ regularis, similr̃ inquit minus semp esse cõmixtionẽ cõtrarii. Impropria vero remissio nõ necessario ex cõtrario fit: vt in elementoꝝ qualitatibꝰ patet. Ei quod mõ restat satisfaciamus. Ad primũ obiectũ dicimus ꝙ cũ natura vnũquodq; naturale disposuerit pro sui finis exigẽtia: eã. n. ꝓpter finem agere secũdo phi. iam dictũ est: ita vt id quod sic est pro tali fine dispositũ, si rerum mensuræ determinatę sunt, aliter disponi nõ potuerit: eo fit vt elementũ quod ꝓpter aliquẽ finem, per siccitatẽ in tali gradu cõstitutũ est, per eãdem in alio gradu cõstitui nõ possit: ꝓuida. n. natura semp de possibilibus, quod melius est operat̃ ex secũdo cœli. 34. 8. phi. 56. & secũdo de ꝑtibus. ca. 14. Immo (quod plus est) siccitas si in alio gradu caliditati adiungeret̃, nedũ ignem, sed nec aliud naturale ens simplex cõstitueret. Quare argumenti cõsequentia negat̃, nec ꝓbatio valet: vt ostensum est. Dicas mihi si ambę q̃litates in summo essent, nõne ita ea ꝙ nõ alia mensura determinarentur? Simile igit̃ est si altera sit in tali gradu remissa. Ad secũdum dico ꝙ per sumitatẽ Auer. ibi eã ĩtelligit quę opponit̃ refractioni quã a suo cõtrario cõtrahunt dum in mixto admiscent̃. Loquit̃ enim Co. ibi aduersus Auic. & inquit ignem esse ignem per calid. & sicci. in summo. i. non refractas a cõtrario prout sunt in mixto. ita vt velit ꝙ ignis per se hẽat caliditatem & sicci. in eo quẽ põt attingere gradu. Ad vltimũ r̃ñdet Doctor sanctus secũdo de gñа. ꝙ licet aerea caliditas in suo gradu nõ sit pro igne sufficiens: cũ tñ ignea fit, calore solis & stellaꝝ auget̃, ita vt pro igne reddat̃ apta. agens. n. oĩa pro forma generanda disponit. Licet ergo dicat Aristo. ꝙ aeris caliditas remanet: nõ tñ sub eodem gradu, si ignea debet effici. & idem si ex aqua, terra gñat̃: de frigiditate dicẽdũ. Nam dicit. 4. meteo. in principio Comẽtator ꝙ frigiditas est ꝟm duas species: aquea. s. & terrea. aquea. n. frigiditas facit humiditatem: terrea vero siccitatẽ. Si igit̃ ex aqua corrupta frigiditas pro terra generãda remaneat: ea debet alterari pro formę terrę req̃sitiõe. materia. n. formã, & nõ forma materiã insequit̃. Hęc pro hac parte diceremꝰ: licet nõ sine alterius formidine: cui defensiones nõ deficiunt, & arma.

Quæ remissio fiat a contrario.

Sanctus Thomas.

Doctrina ordinata incipit ab vniuersalibus. **Propõ octaua.**



sicut ea quę compositũ diffinit, ꝓpterea qa materia quę formæ diffõnem ingredit̃ non est de ipsius essentia,sicut ea quę intrat diffõnem cõpositi substantialis.Quare rõnabilr̃ dicit̃ esse inter substãtialem cõpositi,& accidentalem diffinitio media:ꝓut enim vtriusq; rõnem participat,vtriusq; cõdictiones habet.Eo modo forte dicimus in simili ꝙ elementoꝝ non sit vera generatio ſm Cõm.sed inter veram generationẽ & motũ medium tenens.Vera enim generatio(ipso auctore.5.phi.21.)duo exigit. Alterum ꝙ eius terminus sit indiuisibilis.Alterum ꝙ eius subiectum sit in potẽtia.Sed eaꝝ vna tm̃ in elementoꝝ generatione reperit̃, ꝙ videlicet eius subiectũ est in potẽtia.Reliqua aũt non.qm̃ nõ est ſm ipsum forma elemẽti indiuisibilis.Ab eo igitur ꝙ potẽtiale subiectũ habet,motus esse nõ põt. Sed ab hoc ꝙ eius terminus est indiuisibilis,a vẽra generatione declinat.Quapp his fundamẽtis,erit forte ipsa inter ambo hęc duo,sicut quodam medium statuenda.Attamen an ita hęc res se habeat : alter huius opusculi locus clarius determinat.Illud tm̃ pro nũc nobis sufficiat aduxisse in huius quod dictum est cõfirmationem : ꝙ formę diffinitio inter substantię compositę,& accidentis diffõnes mediũ obtinet simili modo.Ad argumentũ igitur formalr̃ dico:ꝙ dum forma per materiã diffinit̃,illa diffinitio est per addictionẽ,cum sit per extraneũ quodã a sui natura : non tamen simplr̃ est per additũ appellanda,sicut ea quę accidentis est,ꝓpter causam quã reitẽrare non est opus. Redeundo igit̃ ad ꝓpositum dico,ꝙ non quærit̃ quę sciẽtia ordine naturę ꝑcedat,an naturalis, an vero mathe. qm̃ hoc clarum est.Sed quęsitũ est de ipsaꝝ ordine quo ad nos.Vtrum.s.ſm nostrum addiscendi modũ prius debeamus sciam naturalem,an mathe.ꝓpter sui facilitatem addiscere ſm Arist. Tenuit ex vna parte

Opinio Alber.

Albertus:consentiẽtibus Amonio,& Simplicio,& Auic.ꝙ dum addiscimus,ea quę prior nobis facilitate occurrit,naturalis est,& non mathe.Sed hæc naturalem in facilitate sequit̃.Diuina aũt omnium est difficillima.Et potissima rõnum quas adducũt

Eius rõ.

ea est:ꝙ intellectus noster cum ĩtelligat habita dependentia ad sensum dicente p̃ho.Oportet intelligentem phantasmata speculari : ideo melius & facilius ea apprehendit, quæ sensuũ possunt esse obiecta : & ex sensib⁹ eaꝝ species ad intellectum deferri : q̃ ea quæ hac cõdictione carent : ita vt non possint nisi sola imaginatione cõcipi. Huiusmodi autem se habet naturalis ad mathe.cuius obiectũ potest sensu percipi : vt corpus mobile,quod materiam sensibilem includit,& motũ qui sensibilis est. Verum mathematica vt sic nõ veniunt in notitiã sensus:cum vt mathematica sunt,abstrahãt nõ minus a motu q̃ a sensibili materia.Sed ex alia parte

Opinio s.Tho.

sanctus Tho.6.ethi.ca.9.& super Boẽtio de trinitate tenet huic oppositã sñiam : dum ordine cognitionis nostrę mathematicã naturali priorem esse affirmat. Ita vt nos logicę limites egressi, prius

Eius fundamẽtum

mathematicalia edocti, ad naturalem sciam accedere debemus. Et sumit hic doctor sibi p̃hum in testem expresse dicentem in sexto ethi.ca.allegato: ꝙ pueri possunt fieri geometrę & mathe.& sapientes in huiusmodi:non possunt autẽ fieri naturales. Cuius rõ est,quia mathematicę principia nõ egẽt pro sui cognitione experientia. Qua ratione dicebat Albertus septimo meta.trac.1.cap.6. cãm assignans quare est ꝙ in mathe.a noto nobis,& naturæ procedimus, aliter q̃ in aliis scientiis inquit:hoc ea ratione euenire,quia mathematica experimẽto non cognoscunt̃. Sed econtra se habent naturalia principia, quę eo ipso pro sui notitia reqrunt. Et cum iuuenes & pueri(inquit ibi p̃hus) experimẽtum nõ habeant:ideo naturales fieri non possunt. Longitudo enim temporis experientiam facit. Ita vt possit ſm sanctũ Tho.formari hunc in modum ratio.Ea sciẽtia debet aliam ordine cognitionis nostræ ꝑcedere,quæ oblata intellectui pueri seu iuuenis potest addisci,cum alia nõ.Sed huiusmodi est mathe.respectu naturalis.ergo mathe. in præfato ordine debet anteponi. Hę sunt duæ diuersæ positiones de hac re in via Aristo. quæ nisi velint esse discordes possunt adinuicem concordari,Si dicatur ꝙ potest mathmati.ad naturalem, seu naturalis ad mathema.comparari dupliciter.Altero mo-

Concordia positionum

do quo ad appræhensionis facilitatem. Altero vero quo ad graduum, ordinemue abstractionis. Si quo ad facile apprehendi, sic nimirum sancti Thomæ positionem tutiorẽ in Aristo. affirmabo, propter ab eo rationem prætactam.6.ethi.Quam

aliqui

Expositio Ari. secūdum aliquos. aliqui oppositum tenentes glosant dicētes,nō illud intendisse Aristo.ꝙ possint iuuenes perfectam mathe.& nō perfectā naturalem addiscere:ita vt inde sequat̄ mathe.apprehensu faciliorem esse. Sed tm̄ illud intendit,ꝙ pueri nō possunt,nec adhuc iuuenes naturaliū principiorꝫ assequi notitiam: ex eo quia illa ꝓpter variam instabilitatē, quā ex materiali admixtione cōtrahunt,longo egent experimēto vt noscant̄.Bene tamē pōt ipsorꝫ vterq; aliqua mathe.principia addiscere.Quis etenim (inquiūt isti) dubitat puerū aliquē sicut nec bonū naturalē posse esse:ita nec bonū mathematicū. nemo enim adhuc puerum vidit bonā mathe.vere ꝓfitentem.

Impugnatio. Sed destruit hec glosa textū & Aristo. intentionē. Inquit etenim tex.sic. Huius vero signū est,ꝙ iuuenes qdem geometre & mathe.fiunt,& sapientes in hmōi:at prudentes fieri nō vident̄. Et Auer.ibidē. Iuuenes inquit inueniunt̄ & vl̄r boni in disciplinabilibus habētes notitiam rerum earūdem significatarū. Vide si Aristo.simul & Auer.clare concedunt iuuenes nedum(prout ipsi dicunt)supficial̄r posse mathe.addiscere:verum in ea sapientes fieri. Amplius paulo infra edocet Phs cām qua puer naturalis scientię particeps fieri non pōt.Id inquiēs euenire qa eo indigent(vt dictū est)naturalia experimento,quo mathe.nō indigent:quia sola abstractione fiunt nota. Quo stante seq̄t nedum aliquorꝫ principiorꝫ tm̄ esse puerū capacem:verū etiā posse vlterius ex illis ꝓgredi ad principiata inuestiganda.Cum.n.nihil naturaliū cognitionē ꝓhibeat nisi experientię defectus,qua rōne principia sine experientia discunt̄,eadem & alia quę ex illis sequunt̄. Quod alia via cōfirmat̄. Habitis etenim in aliqua scientia principiis,quid obstat ne ex illis ad aliorꝫ cognitionem discurrat intellectus? Et quod magis vrget est ꝙ hec duo sibi met repugnāt, ꝙ possim9 ad principia cognoscēda peruenire:& non minus ad principiata,& ad totā sciam,sit nobis pclusa via: principia nāq; sunt maxima pars rei,quæ totā rem virtute cōtinent.Quod quasi Co.inuens.2.phi.31. &.74.dicit ꝙ ꝓpones materię similitudinē habēt, ex eo ꝙ sunt in potentia conclusio: & ipsa in eis quasi forma existit. Preterea si puer aliqb9 mathe. principiis iam acqsitis, nō posset perfectam adire sciam, nisi prehabita scię naturalis cognitiōe:tūc cum naturalis haberi nō possit saltim quo ad principia nisi longo premisso experimēto,sequeret̄ ide ꝙ puer seu iuuenis ille post eorꝫ principiorꝫ cognitionem nihil amplius per multū tēpus addisceret: quousq; naturalibus principiis possit adhibere certam fidem:quare indisciplinabilis staret:quod nō parū absonum videt̄. Preterea frequēter Arist.ita obseruantē videmus,& res naturales obscuras,per mathematicas tanq̄ per clariores nobis aperit,vt in libro cœli,& in libro de anima. Hoc idem nostro experimento cōprobat̄: qui maiorē ad disciplinā mathematicarū facilitatē, q̄ naturaliū experimur. Et hoc ea rōne cōtingit,qa licet naturalia sint sensui manifesta: sunt tamē facilis variationis, & non multę ꝑmanētię,ꝓpter materiā cui sunt cōmixta. Eiusmodi autē non sunt entia mathe. ea.n. vt sic cum ab eius principio,quod est materia abstrahāt: abstrahunt nō minus,& a tali permutatiōe. Quare ex oībus his ꝑcipue habet̄ ꝙ mathe.sunt itellectui notiora:licet naturalia notiora sint sensui. Si igitur hunc sensum habeat positio Alberti & aliorꝫ, ego eis non secure assentio.

Ad obiectū Alb. Et tūc possum ad ipsorꝫ obiectum rn̄dere: nō negando intellectū nostrū a sensu dependere:sed ꝙ inde sequat̄ naturalia esse ītellectui apprehensione faciliora mathematicis. Varietas enim suę veritatis eam apprehensionis facilitatem impedit:quod mathematicis minime contingit:quo fit vt intellectus nō habeat eam difficultatem circa ipsorꝫ certitudinē.Sicut nāq; res naturales nō semper vno & eodem modo persistunt: ita nec illę quæ ab illis pendent ꝓpōnes,& veritates.

Ad idē. Possum adhuc aliter & tutius rn̄dere.Id negādo quod assumit̄. ꝙ videlicet naturalia sub sensu cadant,& mathe.nequaq̄. Immo ipsa licet nō formaliter,material̄r tamē sensum effugere non pñt. Magnitudo.n.& corpus,& superficies,& linea licet vt abstracta sint nō sentiant̄:vt tamē realiter existunt sentiunt̄:si credimus magno magistro in secundo de anima.64.scribenti numerū, figurā, motum,& quietem, & magnitudinē sensibilia vocari cōia.

Quo naturalis sit prior mathe. quo ad nos. Ad argumentū igit̄ Alberti duplicem habes rn̄dendi modum.Sed si quo ad ordinē abstractionis naturalis ad mathe.cōparet̄: tunc indubitāter dicam ꝙ sicut ordine naturę meta.prior est:& deinde mathe.& vltima naturalis:ita respectu nr̄i naturalis est prior,mathe.sequēs, & meta.vltia. Prius etenim hoc ordine ꝓcedētes a minus abstracto incipimus:& per abstractiora tēdimus ad abstractissima.Et in primo ordinis gradu naturalia materię oīno īmersa situant̄.In.3.& vlt.meta. ponunt̄:cum ea oīno abstrahant.In quorꝫ medio mathe. conuenienter collocant̄:cum ea medio mō se habeāt:qa partim (si videlicet naturali cōparent̄) a materia abstrahūt:& partim ipsi īmergunt̄:si videlicet meta.cōparent̄. Eo igit̄ modo positio prima veritate nō carebit. Et tunc erit responsio ad ea q̄ pro via Tho.adducunt̄ obiecta : ꝙ illa cōcludunt,quo ad apprehensionis facilitatē mathe.esse naturali priorem:nō aūt quo ad abstractionis ordinē.Et sic nisi (vt dixi) velint esse discordes,pōnes cōcordantur.

Corrolarium. Nec illud tm̄ habes proficui ex huius distinctionis veritate:verum ex eius secūdo membro:eo.s.ꝙ ordine abstractionis naturalis est prior,quam mathe. sequit̄.Pōt intellectus rectus haberi cuiusdam dicti Auer.in suo prologo magno primi phi.scribentis: ꝙ sciētiarū speculatiuarꝫ quędam sunt ꝓpter exercitium:& sunt scientię mathematicę. Cuius verus est sensus(quicqd alieni dixerint alii sup hoc) iuxta ea quę dicta sunt:ꝙ mathe.est ꝓpter exercitiū:pro quāto nos seruātes abstractionis ordinē,a naturali principiū capientes,ad diuinā vt ad vltimā tendimus: in q̄ vltimus fœlicitatis hoīs termin9, saltē dispositiue cōsistit,sicut est Ari.10.ethi.snīa,ca.10.In quo Ioānes errauit dū ī actu sapiētiali.i.meta. fœlicitatē cōpletiue cōsistere dixit:vt ē clari9 ī supiorib9

ostensum. Sed in proposito cum naturalis & meta. ita se habeant, sicut duo extrema: quarũ altera omnino immersa, altera autem a materia omnino separata considerat. Quamobrem intellectus naturalem egressus, non posset immediate ad meta. transire. Sicut. n. natura repentinas abhorret mutatiões: vt siqs ex tenebris in qbus longo permansit tẽpore, statim in maximam lucem exeat, obcecatur: ita & intellectus ipe qui licet immaterialis sit (qua rõne possit immaterialia intelligere: dicente Co. 3. de anima. 5. & 36. ꝙ si intellectus intelligit materialia, multo magis intelliget immaterialia) qa tñ ipse ab imaginatione pẽdet, & sensibus, successiua dispositione indigentibus: ideo non põt de extremo transire ad extremum. Quo fit vt medio indigeat: & tale erit mathematica. qua in abstractione assuefit intellectus: ut possit deinde ad meta. & oĩmodam abstractionem ꝓuehi. Inde igitur mathe. propter exercitium denominatur intellectus, ab vno in aliud per medium, quod cum vtroq; cõuenit, transientis. Medium. n. ex. 7. phi. huius est cõditionis, ꝙ cum extremis conuenit. Nec tñ prætermittas, ꝙ licet expositio hęc sit Platoni consona, mathema. ponenti mediam inter naturalẽ & meta. ab eo tñ i eo dissentit, ꝙ noluit Plato mathema. inter scientias connumerari speculatiuas: sed eam cuiusdam transitus rõnem habere ab vna ad reliquam speculatiuarum scientiarum. De quo Ari. & Auer. aliter in via sua sentiẽdũ inbent. Nam vltra id quod habẽt cum Platone cõmune: adhuc illud *Epilogus* affirmãt, quod negauit Plato. Habes igitur in summa quõ de cã formali, & quõ de materiali mathe. consideret. Non minus etiam quõ naturalem pręcedat, quomodoq; subsequatur eandem. Et adhuc quomodo propter exercitium dicatur.

Circulari nihil est contrarium. Propositio. 10.



ARI. ipse hoc theorema scribit. 1. cœli. 24. quod in mathe. non: sed in naturalibus veritatem habet. Idq; sic declaro ex nunc iam dictis fundamenta assumens. Mathe. a naturali sic differre probauimus: qm̃ ipsorũ alter in suis consideratis admittit materiam. Alter autem, ea quę cũ materia sunt expoliat. & sic expoliata considerat. Quod de mathe. innuens. 2. phi. 18. p̃hs, abstrahentium (inquit) non esse mendacium. Pręter hoc aliud tibi supponas: multa videlicet rebus ꝓut a materia seiungun tur cõuenire: quę eis in materia positis abnegantᷣ. Sicut motum dicimus in infinitum mathematicę loquentes, velocitabilem: quod naturaliter sentientes abnegamus. docente nos Ari. 2. de aĩa. 41. cuncta natura constantia terminum habere augmenti. Non aliter dicimus mathematicum continuum nõ habere terminũ suæ magnitudinis, quod in natura licet (vt ꝓcedente sermone dicetᷣ) rõne materiæ sibi cõpetat: si tamen formã quę ra tio finitudinis est & terminationis attendamus, illud ab eo remouebitur. In proposito vera est hæc (si naturaliter loquamur) circulari nihil est contrarium. Sicut clarum habent Ari. & Co. Eadem tñ mathematicę loquendo nullam habet necessitatẽ. Habet. n. Co. (si ipsi credimus) primo cœli. 32. ꝙ id quod de motu circulari concludit p̃hs ꝙ videlicet cõtrario careat, verum naturaliter est. non. n. inconuenit mathematicæ imaginari duos motus sup eundem polum, & idem centrum, ad duas partes diuersas. & ꝙ contingit necessario vt prohibeant se, & contrarient se. Et s̃m hunc modum possibile est existimare in motu circulari esse contrarietatem. Et quum isti duo motus fuerint positi in corporibus naturalibus, reuertetur possibile ad impossibile. s. esse cõtrarietatem in eadem specie: quia tunc contingeret vt vna res destrueret se. & sic natura faceret ociosum. verbi gratia, qm̃ s̃m cõsiderationem geometrę in superficie & spera possunt se contangere super pũctũ: & quũ fuerit in corpore naturali nõ possunt se tangere nisi super partem diuisibilem. hęc Co. De hoc aũt inquit se longo tempore dubitasse, & in eo fecisse moram: qa non intelligebat explanationem illius loci vltimam: & tandem deum deduxisse ipsum in veritatem hanc. Quod si quem *Dubitatio* dubium angeret, quõ ex hoc ꝙ naturalis in sua cõsideratione materiam claudit, & ab eadem mathematicus abstrahit, sequatᷣ illud. multa. s. in mathe. habere veritatem: quæ tñ habeant falsitatẽ in naturalibus: Et quod dubium adauget est: ꝙ philosophus. 3. cœli. 6. dum Platoni corpora naturalia ex superficiebus conficienti contradiceret, inqt. Quę cunq; aũt de naturalibus corporibus impossibilia accidit dicere facientibus indiuisibiles lineas admodicum consideremus & nunc. Impossibilia. n. in illis accidentia, & naturalibus consequũtur. Ex *Cõfirmatio* hoc igitur ꝙ ea quę vnus ipsorum impossibilia incurrit: nec alter subterfugit, extrahi posse videtur, eos in cõsideratiõe cõmunicare. Quod in eo Co. magis confirmat dicens. Manifestum est ꝙ naturalis & geometra cõmunicant in cõsideratione de tribus magnitudinibus: sed diuersis modis. & cum ita sit, cõicantes sunt in positionibus & conclusionibus. ergo impossibilia quæ accidunt a positione falsa de istis magnitudinibus geometricis, accidũt & naturalibus. Pro hoc igitur velim te notare eiusdem Auer. in eodem Co. 6. tertii: de cœlo doctrinã *Solutio* ꝙ non in oĩbus conueniunt, nec in oĩbus differũt naturalis, & geometra. In eo ambo conueniunt: ꝙ continuum infinitam sectionem recipit: stat tamẽ ea conuenientia cum diuerso eorũdem cõsiderãdi modo. Cuius cã illud est, ꝙ esse in infinitum diuisibile, nedum vt a materia abstrahit continuo conuenit, sed adhuc vt in eadem ponitur. Etenim nulli dubium ꝙ continuum, sicut quantum, in diuisibilia sine fine partitur. Diuisio. n. primo & p se quantitatis est passio. Sed ipsummet continuum prout in materia recipitur, ab eadem habet vt in infinitũ tendat in diuisione: & hoc non alia ab illa ratione quã ipse ponit Cõ. 3. phi. 60. Diuisio (inqt) diminutio est: & diminutiõis cã materia est. Est. n. diminutio ad nihil

ad nihil ire:quod non ab alio q̃ a materia ortũ ha
bet. Qua ratione ibidem expresse ait Co. ꝙ mensu
ra quum consideratˀ his duobus modis,s. ſm ꝙ est
terminus corporis naturalis,& ſm ꝙ abstracta ab
eo,inuenitur ſm dispositiones oppositas & cõue-
niẽtes. Conuenientia enĩm est in hoc ꝙ semp di-
minuitur siue consideretur ſm ꝙ est in materia, si
ue ſm ꝙ in imaginatione. Propositio igitur geo-
metræ est ꝙ qm̃ possibile est imaginari ad omnem
lineã:lineã minorẽ illa. & ꝓpositio naturalis cor-
respondens isti est ꝙ linea potest diminui in infini
tum. In his igitˀ in qbus cõueniunt,id qđ magister
ait,ꝙ videlicet impossibilia mathema. contingen-
tia,& naturalibus adueniunt,veritatem hẽt. Verũ
si quæ sint in quibus vnum ab altero dissentiat:in
eis eadem propositio fallit. Sicut ex his quę Co. ha
bet in eiusdem principio Co. & in medio,compro
bari potest. Huius rõ quæ inde sumitur est,qa in
his in quibus subiecto cõueniunt hi duo artifices,
licet modo & ratione differant,id quod scientiæ
superiori, puta mathe. contingit, eius ꝙ scientiæ
inferiori, puta naturali accidit,causa est. Quo fit
vt liceat in his naturalem effectũ per cãm mathe-
maticam demonstrare:essentiali inquã & bona de
monstratione: qua per cãm demonstratˀ effectus.
Nec te moueat quod phs habet primo poste. 22. di
cens,ꝙ non licet ex alio genere transcendentẽ de
mõstrare. & Co. 2. cœli. 59. dum inqt. mathema. de
monstrationes nõ sunt innatæ poni in scientia na
turali. Hęc enim tunc admittuntˀ,quum vnus eo-
rum ab altero differt: propter eã quã superius assi
gnauimus rõnem. In his. n. nõ potest id quod ma
the. verificatˀ,esse causa eius ꝙ verificatˀ naturaliter
sicut mox erit apertum. Quare si in his effectus na
turalis ex mathematica causa probaretur,illa non
haberet vim demonstrationis:cũ inter cãm & effe
ctum nulla afforet necessitatis connexio. Verũ ne
hęc volũtaria putes,sit mihi Co. testis in fine eius
Co. 6. tertii de cœlo hęc formaliter dicẽs. Sed quo
cunque modo sit inter scientiam altiorem quã vo
cat Ari. diminutam:& inferiorem, quã vocat ad-
ditam,aliqua est copulatio,& ideo. s. pp hanc copu
lationem quæ est proportio essentialis scientia al-
tior dat cãm in accidentibus scientię inferioris: &
cum ita sit,sermo igitur dicentis ꝙ tales ꝓportio-
nes in hoc loco non sunt essentiales, est sermo non
verus. Et ex ista parte verũ est dicere ꝙ omne qđ
accidit in superiori sciẽtia diminuta accidet in sciẽ
tia inferiori & non cõuertitˀ. Et declarãs seipsum
inqt. s. ſm modum quo id quod continetˀ sub supe
riori scientia est cã eius quod continetur sub scĩa
inferiori. Si aũt in scĩa superiori accidunt siue sint
res quæ non sunt causę eoꝝ quę continentur sub
inferiori, tunc nõ sequitur vt omne quod accidit
in superiori,accidit in inferiori. & maxime quum
fuerint remotarũ naturarum. Ea aũt circa quę hi
artifices dissentiunt(hoc nanq; erat secundũ mem
brum)sunt illa quę ita vera sunt mathematicę,ꝙ
naturaliter a veritate deficiunt,pp aliquod qđ na
turaliter considerata concernunt. Vt si prædictis

vtamur exemplis: mathematice verum est magni
tudinem in infinitum augeri:quod idem naturali
ter est falsum:licet ex supradictis quoad diuisionẽ
sit verum. Eius ratio diuersitatis est,qa sicut motus
ad diuisionẽ, est motus ad nihil:quod materia me
diante causatˀ:cõsimiliter ad addictionem tendere
siue ad augmentum,est tendere ad eẽ: cuius radix
est forma:a qua nõ minus(vt. 3. phi. habetˀ. 60.)fini
tas prouenit. Ex his nunc potes nemine pręeunte
videre,q̃ clara sit ad dubiũ ꝓpositũ responsio. Nã
in his in qbus naturalis & mathe. conueniunt,mi-
nime verũ est ꝙ ea quę in naturalibus sunt falsa:
sint in mathe. vera:seu ecõuerso. Sed illud potius
de illis censendum est,idem. s. in vtraq; scĩa habe-
re iudicium. Veꝝ cum in his in qbus adinuicẽ dis-
sentiunt habeat dubitatio locũ: dicẽdum,materiã
esse in his talis diuersitatis originem. Nec me ita in
telligas ꝙ materia sit eius differentię cã. Immo to
tum est oppositũ:qm̃ ab ea cõuenientia potius ori
tur,vt dictum est. Sed qm̃ ista in materia existẽtia,
sicut formę claudentes, & materiam terminantes
efficiuntur:ea ratione fit, vt nõ possint in infinitũ
produci. Patet igitˀ hucusq; qũo diuersa Ari. & Co. *Obiectio*
dicta habeãt circa hoc verificari. Quod si nõ ab re
cespitaret aliqs: ex hoc ꝙ pipatherici oẽs & Auer.
rationabiliter tenent, omnia entia sicut ad maxi-
mum ita ad minimum determinata esse, ex quo se
quitur nullum ens naturale posse in infinitum au
geri pp formam terminantem:eadem rõne videbi
tur,pp formam videlicet terminantem, eoꝝ nullũ
posse in infinitum diuidi. Et si forma non obstante
potest continue diminui: nec igitur forma obstãte *Cõfirma-*
poterit continuę augeri. Quod inde confirmatur: *tio*
qa, 3. phi. 60. &. 3. cœli. 6. sicut a materia diuisio in in *Obiectio*
finitum admittitur:ita ab eadem augumentum cõ *secunda*
ceditur in infinitũ. Amplius in eo præcipuo opus
culo de substãtia orbis cap. 1. Co. habet, ꝙ nisi ma-
teria quanta præesset,& diuisibilis:haud aliter pos
set plures simul formas recipere. Quæ materia cũ
non sit nisi per dimensiones diuisibilis:ergo de se
indiuidua, ergo de se nõ potest aliis esse cã diuisio
nis. Propter quod. n. vnumquodq; tale est:& illud
magis est. post. primo. Inde sequitur aliqd aliis nõ
inesse pp ipsum:quod sibi non magis inest. Qua-
propter. 5. diuinę philosophię recte scribitˀ. 18. quã
tum vero dicitur quod est diuisibile in ea quæ in-
sunt:quorum vtrũq;, aut singulũ, vnum aliquid,&
hoc aliqd natum est esse. Huic cõsonus Co. inquit,
3. cœli. 7. quantitatem esse illam quæ per se diuisi-
bilis est & essentialiter:cętera autem sunt diuisibi-
lia per ipsam. Nõ sunt ergo cętera diuisibilia per *Pro solu-*
materiam, quę de se diuisibilis non est. Pro respon *tione no-*
sionibus adhęc erit notare proficuũ,ꝙ id primi ar *tanda*
gumenti suppositũ:entia videlicet naturalia, sicut *quod dẽ-*
ad maximum,ita ad minimũ esse determinata: ve- *tur ma-*
rum est & peripatheticum fundamentum. Nanq; *ximum et*
auctore philosopho. 1. phi. 38. carnis aũt determina *minimum*
ta est quantitas in magnitudine & paruitate. Cui *et quõ dẽ*
sñiam consimilem hẽt. Co. 6. phisi. 59. scribẽs. Qm̃ *tur in na*
minima quãtitas carnis est terminata:qa caro ſm *tura*

ꝙ caro nõ diuidit̃ ĩ infinitũ. Huic rñdet vniforme
dictũ eiuſdẽ. in co. 6. 49. dicẽtis. ꝙ minimus color ẽ
terminatus per ſe: quemadmodũ minima forma
eſt terminata per ſe. ſ. ꝙ minimum eius ꝙ põt eſſe
coloratum in actu eſt terminatum. Quemadmo-
dum minimum eius quod poteſt eſſe demonſtratũ
in actu eſt terminatũ. Verbi gratia minima aqua
eſt terminata. & ſimiliter de aliis ſimplicibus cor-
poribus & compoſitis. Quid aliud vult Ari. 2. de
anima. 41. ſcribens. oĩum natura conſtantium ter
minus eſt magnitudinis? Quorũ oĩum cõem ſnĩam
non credas ita intelligendam, ꝙ entia habeant ter
minum ſue magnitudinis punctualem: ita vt præ
ter eius terminos repiri nõ poſſent. Sed eo modo
intelligas: vnumquodq; natura conſtans, maximũ
habere ſui augumenti, ſuiq; decrementi minimũ:
variari tñ inter duo hæc extrema multiformiter:
ſed ea non pertranſire. Et vt exemplo dicamus.
ſpẽs hoĩs ſtatutam ſibi magnitudinẽ vendicat, ſta
tutamq; paruitatem: præter quas ipſius indiuiduũ
reperiri eſt impoſſibile. Hac rõne Co. 6. phi. 91. cla
re ſcribit: ꝙ oẽ generabile naturale habet aliquam
quantitatem naturalem in initio generationis, &
in fine. & iſta quantitas habet extrema & medium:
qm̃ quantitates embrionum ſunt terminatæ. ſ. ma
ximi & minimi. vnde impoſſibile eſt augeri in in-
finitum aut diminui. Nec prætereas tñ ꝙ cũ duo
(formã videlicet & materiã) entia naturalia in ſe
claudant: hoc qđ eſt ad maximũ & minimũ, eis nõ
a materia, ſed a forma cõpetit. Ea enim cũ in vno
quoq; ente non ad quamlibet ſed ad propriã ope
rationem, tanq̃ ad finẽ ſit ordinata, ſiue primariũ
ſiue ſecundarium: nec ſub quacunq; quantitatis
menſura poſſit talis operatio pfici: inde forma quę
que naturalis ſicut pro ſe, ita p ſua operatione cer
tam, ac limitatam ſibi vendicat quantitatem. Nec
id obſtat ꝙ nõ ſit quantitas de virtutibus actiuis:
cum ad actiuas virtutes reqratur. Nec in hoc mi-
hi: ſed Co. credas dicenti in deſtr. deſt. diſ. 2. ad. 4.
ꝙ ſi quantitates corporũ permutarent̃: actiões igi
tur & paſſiones corporũ permutarent̃. Similiter
6. phi. 91. inqt. ꝙ ſi ens naturale tranſierit quantita
tem naturalem in diminutione & in addictione:
ſtatim corrumperetur ens. actio. n. cuiuſlibet entis
perficitur per quantitatem, & qualitatem termina
tam: ſicut eſt diſpoſitio in entibus artificialibus. Cę
terũ id quod auctoritas loquitur: ratio cõprobat.
Si nãq; poſſet naturale ens in infinitum augumẽtũ
protrahi: cum ad maiorem molem, maior ſequat̃
virtus. Inde poſſet naturale ens vigorẽ habere in-
finitum: quod non eſt peripatheticis conſonum: &
pręcipue de materiali virtute. cum apud perfidũ
Auer. nec adhuc prius ſũmuſq; motor vigore ope
retur infinito intenſiue. niſi extenſiue: quod oẽs cõ
cedunt. Conſimile dicendum ſi ſtante alicuius ea
dem forma, poſſet eius quãtitas in infinitum dimi
nui: illud idẽ haberet vigorem infinite remiſſum:
quod in eodem cum priori abſurditatis gradu eſt.
Illud aũt non ignores: ꝙ hic de minimo per ſe, &
ſeparatim exiſtente loquimur. de quo eodem in oĩ

Q. đ maximum et minimum inſit entibus a forma

bus ſimilibus auctoritatibus loquitur Co. Nec ab
re dictum putes: qm̃ ſi minimum carnis per ſe exi
ſtens nobis offerat̃: cũ illud ſit quodã integrale cõ
poſitum, innumeras in ſe partes carnis continet.
nam quælibet in homogeneis particula, & nomen
totius, & rationem participat. Si tñ eius totius diui
ſione facta, partes illę ab inuicem ſepararent̃: tũc
ſtatim forma carnis derelicta, formam acciperent
continentis. Eius ſiquis rõnem quærat, non aliam
pręter eam inueniet: ꝙ forma carnis non põt ſub
minori q̃ ſit illud minimum, quantitate inueniri:
ſicut nec ſub maiori, q̃ ſua ꝑpria ſit reperiri. Etenĩ
id ſonat quod phs. 6. phi. 91. ſcribit. augumenti qdẽ
terminus eſt, qui eſt ſm naturam propriam pfectæ
magnitudinis: decrementi autem qui eſt ab hoc re
motio. Verũ ſi ſumant̃ talia entia ratione eius quã
continent materię: ſic cum his prædictis terminis
careant, in infinitum protrahuntur. Etenim carnis
minimum merito qdem formæ diuidi nõ põt: qa
poſt factam diuiſionem caro non manet: abſolute
tamen põt vlteriorẽ ſectionẽ recipere. quod idem
& de augumento dicẽdũ. quod a materia vnicui-
que rei ſine termino cõpetit. cuius oppoſitum ea-
dem a forma contrahit. Ecce igitur q̃ diuerſas ſibi
proprietates vẽdicant, ſi diuerſis principiis com-
parentur augumentum & diminutio. Id vero cir-
ca hoc eſt annotandum. ꝙ licet hoc ſit ambobus. ſ.
augumento & diminutioni cõmune, terminari vi-
delicet rõne formę: & carere quãtum ſit a materia
termino: diſcrepant tñ in eo ꝙ id quod vni ipſorũ
abſolute & ſimpliciter cõuenit, alteri ſm qd ineſt.
Nempe augumentum abſolute & ſimpliciter hẽt
ꝙ non poſſit in infinitum tẽdere: quod idẽ ſm qd
diminutio participat. Oppoſito modo de diminu-
tione cenſendum: cui abſolute proceſſus conuenit
in infinitum: id idẽ vero augumento quaſi acciden
taliter ineſt. Quę diuerſitas inde ortũ habet, ꝙ au-
geri ſm ſe cũ perfectio ſit formę attribuitur: ſicut
cęterę oẽs cõpoſiti perfectiones. Modo formæ eſt
terminare: quapropter abſolute augumentum ter
minum habet. Verũ qm̃ ſm qd materiam inſequi-
tur: pro quanto formæ addictionem, materię illi
formæ proprię cõcomitat̃ addictio. A materia au
tem naſcitur infinitas: ideo dicitur ſm quid poſ-
ſe terminos finitatis præterire. Diminutio vero qa
ex propria ſui rõne imperfectio eſt: ideo ſicut quę
libet ſibi cõpar, materiæ aſcribitur ſm ſe. a qua qa
(ſicut dictum eſt) interminatio prouenit: eo abſolu
te & ſimpliciter in infinitum abire dicitur. Pro eo
tñ ꝙ ſm qd formæ attribuit̃: qm̃ ad diuiſionẽ ſub
iecti per accidens forma diuidit̃: quę ſicut per acci
dens quanta ad ſubiecti quantitatem redditur, ita
non minus per accidens partibilis ad eiuſdem fit
partibilitatem: dicente in pręedicamentis Ari. tan
tam dicimus albedinem quãtam dicimus ſupficiẽ.
Et qa forma (vt ex dictis conſtat) infinitam ſectio-
nem nõ patitur: inde ſm qd ꝓuenit vt diuiſio ter-
minetur. Hęc igitur Co. obſeruans, de augumẽto
& diminutione abſolute loquens (idem enim eſt in
propoſito diminutio & diuiſio) dicebat. 3. phi. 60.
&. 3. cœli. 6.

Q. đ aug. & diminutio diuerſimode materię detur & formę

&.3.celi.6.ꝙ geome.& naturalis in hoc conueniũt:
ꝙ diuiſio procedit in infinitum: qa diuidi cōpetit
continuo nō minus ſm ſe,ꝗ in materia poſito:ſed
in eo diſſentiunt ꝙ geome. cōtinuum inqt,aptum
eſſe in infinitū augeri:quod tñ naturalis vt falſum
ſupponit.Eam huius rei cām inueniens: ꝙ augeri
eſt ire ad formam.Innuens inde ꝙ de augumēto
abſolute & ſm ſe loqtur, Sumas ex his modo quid

Ad primum argumentum

ad primum argumentum dicendū,eiuſqꝫ cōfirma
tionem. Ad argumentum quidem id cōcedendo
quod aſſumit:entia.ſ.naturalia ad maximum & mi
nimum eſſe terminata: ſi formā in eis attēdamus.
Cæterū quod ſubdit: ea propter formā terminātē
nō poſſe infinitum adire augumentum: id item ab
ſolute & per ſe admittamus:ea ratione freti ꝙ ex
2.de aīa.41.augeri eſt a forma:& ſi a materia pue
niret: in infinitū abiret.Quodqꝫ vlterius addit:ea
dem a diminutione infinita pp eandem cām impe
diri nec illud falſum arbitramur: immo ꝙ eo du
ctus fundamēto indiuiſibile naturale poſuit Auer.
inſequutus peripatheticam ſectam. Verum hoc p
reſpōſione dicimus. ꝙ illud diminutioni ſm quid
ineſt. Simpliciter autem ipſa ꝑ ſe in infinitum de
ſcendere:pp eam quā a materia,ſui cauſa, proprie
tatem contrahit.nec aliter de diminutione in ad

Ad confirmationē

ductis locis loquitur Co. Ex eiſdem modo princi
piis a cōfirmatione euadas. Hoc etenim in ſuis ra
dicibus non negabit Auer.ꝙ natura cōſtantia ſi
cut ſuperius aſcendere: ita & inferius deſcendere
a materia poſſunt in infinitum.Hanc tamen diffe
rentiam inter hæc aſſignabit:ꝙ a materia eis pri
mo & per ſe diminutio ineſt.Secundario vero:& p

Ad ſecundum

accidens augeri. Pro ſecundo quod reliquum eſt,
primo ſupponas quantitatem eſſe quidē primam
diuiſionis ac principalem cām:vt ſupra dictū eſt.
hoc tñ non ſubiectiue,ſed formaliter veritatē hēt.

Prima cā formalis diuiſiõis eſt quãtitas ſed ſubiectiua materia.

Subiectiue.n.prima cā eſt materia. Eſt nāqꝫ aper
ta Co.doctrina ex primo cap.de ſub.orb. diuiſio
nem primo ab interminata quãtitate ſumere prin
cipium.Sed qm eius quantitatis interminatæ pri
mum & per ſe ſubiectum eſt materia prima: quam
inſeparabili vinculo quãtitas inſequitur: inde eſt
ꝙ ſubiectiue prima diuiſionis cā eſt materia. In ge
nerabilibus ſermonem facio. In cœlo etenim ali
ter eſt ſentiendum:in quo diuiſionis ratio materia
qdem eſt:ſed nō q eſt in potentia ad formā:ſed ad
vbi tm.Huic ita ſtabilito,id addamus:ꝙ dimenſio
nes mathe.conſideratiōi ſubiectę,a materia ſecer
nuntur.& vt ſic ſunt formalis cauſa diuiſionis.Ali
ter vero naturalis qui cum res ſuas in materia po
natque proprium eſt & immediatum ſubiectū di
uiſionis:propterea res naturales diuiſionis ſubie
cta efficiuntur.Modo nil abeſt quin ad argumen
tum formaliter dicas: ꝙ prima in natura entibus
diuiſionis ratio formalis quãtitas quidem eſt:pri
ma tñ ſubiectiua rō:materia eſt.Eo.n.(vt dixi)en
tia naturalia diuiſioni ſubiiciuntur,qa materia ei pri
mo ſubiicitur.Nec eſt tunc amplius quod in cōtra
rium ex regula primi poſt.adducatur.Erunt enim
hæc illi omnia conſona, Sic nāqꝫ materię magis
per dimenſiones diuiſio ineſt.Verū ſi cui dubium

Replica

foret ex hoc ꝙ compoſitum actu diuidit: materia
vero potentia:modo ſicut id qđ actu eſt, magis eſt,
ꝗ id quod potentia eſt:conſimiliter id quod actu di
uiditur:magis eo quod poteſtate,diuiditur.ex quo
magis ineſſe compoſito per quantitatem diuidi,ꝗ

Reſpõſio

materię conſtat. Huic dicas:idem in propoſito ſo
nare li magis,ꝙ eſſentialius. Ea rōne qua dicimus
flāmam magis.i.eſſentialius calidam ꝗ ferrum:eo
qa per ipſam ferrū calidum eſt.Nec aliter dicimus
formam magis.i. eſſentialius eſſe, ꝗ compoſitum:
propterea ꝙ propter ipſam compoſitum exiſtit.
Ita inquā in propoſito compoſitum propter ma
teriā diuiditur:ergo materia magis diuiſioni ſub
iicit.Aliud eſt.n.philoſophis actu diuidi: & aliud
eſſentialiter diuidi. Verum in id quod ſupius ſcri

Replica in aliud

ptum eſt:materiam videlicet non per ſe: ſed p quã
titatem diuidi:arguit. Inde ſumpto fundamēto:
ꝙ materia in eo priori quo quantitatem pręcedit,
partes habet quantitatiuas:quo fit vt in eo priori
ſit actu diuiſa.Aſſumptum probat Auer.7. meta.
2.dicens. Indiuiduū ſubſtãtiæ pręcedit indiuiduū
accidentis.Partes igitur materiæ diuerſis quanti
tatibus ſubiectę:cum ſubſtantiæ indiuidua ſint:ea
igitur quantitatis indiuidua pręcedunt. Hēt ergo
in eo priori partes: quod erat probandum. Non

Solutio

deeſt quod ad hoc dicas. Si tibi primo ſupponas
ſubſtantię quędam per ſe: quędam per accidens
ineſſe.Homini enim per ſe ineſt eſſe rationale:per
aliud autem eſſe album:cum illud a ſe, illud ab al
bedine contrahat.Modo ſubſtantia quo ad ea quę

Quō ſubſtãtia accidēs pręcedat & quō accidens ſubſtantiam

ſibi per ſe & eſſentialiter inſunt, oē accidens præ
cedit. Aliter tamē ſe habet in his quę ſibi ab alte
ro tribuuntur: ſic etenim omne accidēs pręcedat
nō oportet.Sic verbi gratia hominē dicemꝰ qua
tenus rationalis,omne antecedere accidēs: ſed ra
tione qua albus,nedum albedinem non pręcedit:
ſed eam ſubſequitur.Sicut clarum eius teſtimoniū
dat nobis Ariſto.5.meta.16.inquiens. Et ſm ratio
nem accidens & toto prius:vt muſicum & muſico
homine.nō enim eſt ratio tota ſine parte. quidem
non contingit muſicum eſſe:non exiſtente aliquo
muſico.Licet igitur quo ad abſolutum eſſe:ſubſtã
tię indiuiduum accidentis ſingulare præcedat:ta
men quo ad eſſe tale illud accidens ſubſequitur,
a quo ſubſtantia tale eſſe ſortitur.Ita in propoſito
indiuiduum materiæ quoad id quod ei per ſe con
uenit:quantitatis ſingulare præcedit. Econuerſo
autem quo ad diuidi quod non a ſe, ſed a quanti
tate contrahit, ſe habet. In hoc enim non mate
rię: ſed quantitatis indiuiduum pręcedit.Quo fit
vt in eo priori non vt habens partes: ſed tantum
vt ſubſtãtia,materia intelligatur. His igitur natu

Epilogus

ralis ad mathema.habitudo in conſiderationibus
patet. Nec minus quomodo entibus non a mate
ria ſed a forma maximum & minimum competat.
Quomodoqꝫ eiſdem diuerſimode augumētum &
diminutio tribuantur.

Inter priuationem & habitum non datur medium.

Propositio vndecima.

Medium dupliciter inter opposita reperitur. Glosa theore.

FVIT non minus Ari. 10. meta. 15. snia, q̄ Co. 1. phi. 43. Pro ea scire tibi cōuenit: medium inter aliqua opposita (vt in pposito spectat) inueniri: nō vnotm̄ modo: sed duobus modis intelligi posse: simpliciter videlicet & indeterminato subiecto. Horꝝ secundo modo habet ppositio allegata veritatem: habitus. n. & priuatio cum circa idē fieri habent determinatum subiectum: circa illud idē inter ea medium non intercidit. Visus verbi gratia, cecitatisq; priuatiue oppositorū vicissitudo circa oculum est: quapropter oculū dare nō cōtingit: q eo tēpore quo visum recipere idoneus est: vtroq;, & visu careat, & cecitate. Verum inter hęc duo medium est dare simpliciter: lapis etenim neq; cecus est, neq; videns. Hoc. n. est vnum per quod priuatiua a contradictorie oppositis distinguuntur. Cū hęc simpliciter vniuersaliterq; quocunq; medio careāt. Inter ens siquidem & nō ens: & īter hoīem & nō hoīem neq; simplr neq; ī subiecto mediū assignare conuenit. At econtra inter priuatiua: res se habet. In quibus non equidem in subiecto est illud ponere: sed bene simpliciter. Hoc fuit antiquū Ari. præceptum: tum in post. prædi. cap. de oppositis: tum. 5. meta. 27. cui Co. ibidem respōdens in-
" quit ꝙ priuatio & habitus nō diuidunt verū & fal-
" sum in oībus rebus: falsant. n. insimul in mediis
" verbi gratia, qm̄ nō omnis homo est aut malus aut
" bonus: homo. n. non ciuilis nō dicitur neq; bonus
" neq; malus: & similiter iustus aut iniustus. Et subiū-
" git ꝙ hęc erat intentio Ari. in tex. reddere. s. ī hoc
" rationem: ꝙ priuatio & habitus verū & falsum in
" subiecto proprio diuidunt: vtputa huius ꝙ iustitia
" & iniustitia: nō in quocunq;: sed in ciuili hoīe verū
" diuidunt & falsum. Habet. n. perfidus illemet. 10.
" meta. 16. ꝙ homo eremita qui nō est pars ciuitatis
" non dicitur bonus, neq; malus: neq; iustus neq; in-
" iustus. Cui consimilem snīam Ari. habet. 10. meta.
" 15. scribens. Ergo priuatio quędā est contradictio:
" aut in potentia determinata: aut concepta cum su-
" sceptiuo. Quapropter contradictionis quidem nō est mediū: sed priuationis alicuius est. Equale nāq; aut non equale omne: equale vero aut inequale non omne: nisi solū susceptiuo equalitatis. Ad cuius perfectionem. Co. addit ꝙ causa quare contradictoria nō habent medium est qa contradictio est priuatio non in recipiente pprio. Priuatio autē & habitus habent simile medio: quando prædicātur de alio a recipiente pprio: qm̄ tunc falsant ambo. In idē fere coincidit philosophi Sermo. 3. phi. 24. hæc cōtinens. Non omne: necesse est dici finitum aut infinitum: passio. n. aut punctus nō necesse est esse alterum istoꝝ. Eius rei Co. rationem reddens inqt, qa opposita quoꝝ potentia est potētia cōtrariorum, nō diuidūt verū & falsum: nisi in eo quod est natum recipere illa. Idem (si mentem adhibueris). 4. phi. 109. inuenies. Requiritur pręter illud ad theorematis veritatem, statutum tempus. Visus etenim & cecitas habent circa oculum versari: nō tamē visionis cecitatisue particeps s̄m oē tempus dicetur oculus: sed eo solūmodo quo natus est suo fungi officio. Ea propter licet ante nonum diē catulus non videat: cecus tamen minime denominatur. Nec nostram, sed phi eam esse limitationē putes: quā. 5. meta. proprio cap. ponit inquiens. Am-
" plius si aptum natum est habere, & quādo aptum
" natum est habere: & nō habet. Cecitas. n. priuatio
" quędam est: sed cecus nō est s̄m oēm ętatem: sed in
" quo natum est habere si non habet. Habet adhuc alias propositio non multi momenti limitationes. Inter quas hę numerant. Locus determinatus, determinataq; quātitas, & eiusmodi cætera. Nā prioris ratione: siquis ea cā nō videt, qa in tenebris vitam degit, cecitatis vitium sibi non est ascribēdū. Nec minus, siqs ea visus acutiē qualis aquilę ppria non fruitur, posterioris cōdictionis priuilegio, nō est ea grauandus iniuria, ꝙ visu deficiat. Ita igiť ea inter visum, eiusq; priuationem media dici nō possunt. Verum ex supradictis elicitur ꝙ medium, cū in id quod s̄m formam: & in quod s̄m subiectum: seu in id quod ex extremorum participatione: & in id quod ex eorum negatione diciť, euarietur: de medio s̄m formam, quodq; per participationē extremorū est: & non de medio s̄m subiectū, quodq; ex eorūdem negatione denominať, præfatum verificari theorema. Et ne te significata terminorum lateant, scias oportet: medium s̄m formam seu (qd idem ītelligo) per extremoꝝ participationē, illud s̄m Co. appellari, quod ita ab eoꝝ vtroq; differt, vt vtriusq; naturam participet. Sicut exempli gratia pallidum ita inter album & nigrū formale medium dicimus, vt vtrūq; ipsorum in se contineat: immo nihil aliud sit q̄ ambo ea simul. Media nāq; (si tutam non minus q̄ veram Co. phātasiam inseq volumus) extremoꝝ vnum quodq; formaliter in se claudit. Cuius siqs oppositū dicere tētat: tētet non minus id glosare, qď ipse dicit. 5. phi. 52. sic ingens.
" Medium est contrarium extremo, per id quod hēt
" in se de alio extremo: & quando medium transmu-
" tatur in extremum non nisi s̄m ꝙ in se hēt alterū
" extremū: & qn̄ extremū mutať in mediū, mutať in
" alteꝝ extremū, qď in medio est: vtputa si uiride trā-
" sit in album, non nisi put in eo est de nigro: & si al-
" bum transit in viride, non nisi in nigrū quod cōti-
" netur in viridi. Cui vniformem reperies snīam. 5. phi. 6. & 19. 10. meta. 23. 2. de anima. 95. & 105. Quę omnia nō nisi inde efficatiā habent, ꝙ in medio formaliter, subesse tamen remisso clauduntur extrema. Possemus adhuc ex iisdem deducere, ex quibus & hęc mox dicta deduximus: ꝙ id qď medium formale dicitur, a suis quę participat extremis specifice minime differt. Idq; a Co. recipimus. 10. meta. 23. qcqd alii perperam ad eius mentē teneāt. Sed eam rem diffusius ingrere præsentis speculationis terminos excedit. qm̄ nos lōge traheret ab incepto. Longam etenim digressionē exposceret: cum sane in ea re maxime difficultatis argumētū sit. Cuius

Cā quare cōtradictoria nō habēt medium & priuatiua sic.

Alia glo.

Alia glo.

Medium scd̄m formā quod

Extrema formaliter in medio contineri

sit, cuius vtraq; pars est & rationibus & auctoritatibus satis munita. In nostro igit̃ ꝓposito sistentes, eo modo mediũ s̃m formã, seu per participationẽ dignosci dicimus, quo dictum est. Quod inter priuatiue opposita, vt inter cecum & videns, minime est inuenire.

Medium secũdum subiectũ quid.

Medium vero per abnegationem seu (quod idem in præsentiarũ intelligo) s̃m subiectũ, illud arbitror est: quod ab vtroq; extremo talr̃ differt, vt nec aliquod eoꝝ in se contineat. Idq; inter habitum, eiusq; priuationẽ (sicut ostensum est) reperiri non est difficile.

Obiectio.

Sed qm̃ hoc superius dictis repugnare videt̃: non abre dubitabit aliqs. Theorema nãq; dictum est in subiecto determinato verificari: quod ex Aristo. nedum ex Auer. cõprobatum est. Ad quod sequitur priuatiue opposita, nedum formali, verum adhuc subiectiuo (vt sic terminis vtamur) medio carere.

Solutio.

Huic prompte respõdeas: ꝙ imo si recto mentis oculo inspiciantur, oĩa quæ dicta sunt adinuicẽ consonant. Quid etenim aliud est dicere cecitatem & visum esse circa oculum ĩmediata: q̃ ꝙ in oculo s̃m determinatũ tẽpus nullam est ponere formã mediam, quæ cecitatis visusue denominationẽ effugiat? Hoc autem qd aliud est, q̃ medium formale negare?

Alia solutio.

Aut aliter & melius & tutius ex suprapostita distinctione teipm protegas hunc in modum. Priuatiua siquidẽ possunt vno modo ad subiectũ in cõmuni, & non ad determinatũ subiectũ comparari: & hoc modo licet medio s̃m formã, seu ꝑticipatiuo careant: eo tñ quod subiectiuũ appello abũdant: in quo nimirũ a cõtradictoriis distinguunt̃:

Priuatiua quõ medium subiecti habeãt et quõ nõ.

pñt afr ad tale subiectũ referri: & sic nedũ medio formę, sed ẽt medio subiecti priuant̃: ita vt ne oculũ sit dare: qui (seruatis tñ ꝑexpositis cõdictionib⁹) cecitatẽ nõ participet, aut visum.

Obiectio.

Sed aduersus determinata opportune satis Aristo. qs auctoritatẽ adducet prio phi. 43. scribentis: ꝙ musicũ fit ex nõ musico: & nõ ex oĩ, sed ex ĩmusico ꝑ ĩmusicũ exponit Com. ibi id qd̃ musico priuatiue opponit̃. Cui subdẽs inqt Ph̃s: aut si ipsis aliqd est mediũ. Velle igit̃ eũ cõspicuo vr̃, musicũ ex ĩmusico sibi priuatiue opposito: aut ex eo qd̃ inter ea mediat h̃re ortũ: quod nõ nisi de formali medio cõstat intelligẽdũ. Ita. n. prius albũ dixerat ex nõ albo fieri: nec oĩ, sed nigro: aut ex medio inter ipsa duo pallido puta: qd̃ (vt cõstat) nõ subiecti, sed formę medium existit.

Alia obiectio.

Pręterea Ph̃o auctore si de quo min⁹ vr̃ inesse & inest, ergo de quo magis: ꝙ si cõtradictoria. (de eis. n. minus iudicãdũ est illud) mediũ admittũt: cur illud ponere inter priuatiua erit absurdũ? ꝓbat̃ minor. Si etenim aĩal in rõnale & nõ rõnale secces: aĩal quod per ea diuidit̃, neutrũ erit ipsoꝝ. Nam si alterũ denoĩat̃ eoꝝ, sequit̃ inde gen⁹ aliquã esse eaꝝ, q̃ sub ipso cõtinent̃ specierũ: sicut tibi me polliceor ostensurũ. Sin vtrũq; sit: inde duo cõtradictoria de eodẽ verificari cõtinget: quare nihil diuidentiũ esse aĩal diuisum, tutius est dicere. Quo posito, cõtradictoria mediata esse nõ effugies, quod illi opponit̃ principio, quod de quolibet alterũ incõplexoꝝ cõtradictorioꝝ dicit̃. Mõ si in eis defectũ cõperim⁹: multo magis in priuatiuis erit in determinato susceptibili repire.

Ad primam.

Ad hoꝝ primũ nõ est rñdere difficile cũ Co. ipse: a quo Theorema sumpsimus, facilem p̃stet rñdendi modum, Ibidem ostendens haud velle Ph̃m inter priuatiua per ea verba ponere medium, dum ex suppositione loquitur: si aliquid (inquiens) ipsorum est medium. Cum enim vniuscuiusq; generationẽ dixerit ex contrario seu medio originẽ ducere: per contrarium (Auer. declarante) id intelligit quod priuatiuis, non minus q̃ cõtrariis cõmune est, Qd̃ arguit ipsius exemplificandi modus: dum album assumens & nigrum: item musicum & immusicum in eis ostendit methodum datam verificari. Cõsequenter intendit per eum loquendi modũ ostendere Ph̃us tantam esse eius regulę vim: vt in priuatiue oppositis (si medium ibi posset inueniri) adhuc vera constaret.

Ad secundam.

Ad secũdum respõdentes quidam: sic primi principii veritas accipienda est inquiũt. De quolibet dicit̃ alterũ oppositoꝝ. si quolibet personaliter supponit. Hoc fundamento ad id quod de animali quęrit̃: an rationale sit an nõ rationale dicunt: ꝙ alterum eorum est, si personaliter pro quolibet animali supponat. Etenim de animalium quolibet rationale esse: aut non rationale dicere, verum est. Attamen cum non personali, sed simplici suppositione gaudeat animal diuisum: inde quũ de ipsius rationalitate aut nõ rationalitate quæritur, nec vnam nec alteram de eo verificari sentiendum est. Nec ita inquiunt (vt dictum est) primum principium destruere continget: quare nec inter cõtradictoria dari medium, quo dempto, & vltima cõclusio demitur: habere scilicet priuatiua medium.

Impugnatio.

Sed hæc suppositionalis responsio non minus sophistica, q̃ Aristo. inimica est. 6. thopico. ca. 7. Aborret ibi Philosophus diuisionem per negatiuam differẽtiam: quoniã inde genus alteram suarum specierum effici contingeret ea causa, ꝙ affirmatiua negatiuaq; differentię, affirmatio & negatio contradictoriæ sunt: quarum alteram de genere dici necesse est, cum de quolibet (Ph̃o dicente) aut affirmatio aut negatio prędicetur. Modo si altera generi differentia iungat̃, species est: quare si vtra earum quæ de animali dicuntur, animali vniatur: sequitur omnino eam ipsius speciem animal esse, quam differentia quę sibi apponitur sub ipso constituit. Hoc est fundamentum quo Philosophus loco adducto, sectionem per negantem differentiã refellit. Idq; quo clarius pateat, eius formalia verba ponere non tedebit, hęc sunt. Amplius si negatione diuidit genus: velut qui lineam diffiniunt longitudinem sine latitudine esse: nihil enim aliud significat, q̃ qm̃ non habet latitudinẽ: accidet ergo genus participare speciem. nam omnis longitudo sine latitudine, aut latitudinem habens est: nam de omni aut affirmatio, aut negatio vera est quare & genus lineę longitudo sine latitudine, aut latitudinem habens est. Longitudo autem sine latitudine speciei est ratio. Similiter autem longitudo latitudinem habens: nam sine latitudine, & latitudinem habẽs

dr̄iȩ sunt. Ex differentia aūt & genere ē speciei rō:
quare genus suscipiet speciei rōnem. Simil̄r aūt &
dr̄iȩ: eo ꝙ altera dictaꝝ dr̄iarū ex necessitate p̄di-
caſ̄ de gn̄e: hȩc ille. Mō peto ab eis: nōne de longi
tudine vt genus est lineȩ, nō aūt vt ꝑsonal̄r pro li-
nea qualibet supponit Ari. sermo audiendus ē: Id
equidem puto satis esse ex suis verbis manifestum.
Nempe nō al̄r de ꝓposito nobis aīali, q̄ ꝓut de ho
minis gn̄e per rōnale & nō rōnale diuisum agim⁹.
Quapp si tal̄r partitū aīal (ipsis auctorib⁹) simpl̄r
supponit: nō min⁹ eādem habebit Ari. longitudo
suppōnem: cū eadē sit vtriusqꝫ rō. Dum igitur ph̄i
argumentū validū admittūt: suā r̄nsionē inualidā
accusant. Patet ampli⁹ eius euasionis manifesta fal
sitas ex. 10. meta. 15. ingente Ari. cōtradictoria me-
dio carere. Eiusqꝫ hāc cām reddente Co. qm̄ cōtra
dictoria nō h̄nt determinatū subiectū instar priua
tiuoꝝ, qd clarius: Aliter igiſ̄ & meli⁹ cū Ari. mihi

Respōsio propria.

Dicerem igitur ex prædictis ad argumētū formaliter respondens. ꝙ naturalis est qui specificam qditatem sibi considerandam assumit. In hoc etenī a prędicta responsione non dissentio. Verum cum dicitur talem qditatem a formalitate naturali esse seiunctam:negatur. Quod si ex eo probeṫ, ꝙ a motu vel ab aptitudine ad ipsum abstrahit. Dicam nō esse illam naturalem formalitatem. quare licet ab aptitudine ad motum absoluta sit: nō tamē ab eo principio absoluiṫ, vnde & motus, & aptitudo ad motum immediate prouenit. Et si obiiciatur qditatem illam esse absolutū ens: motus uero principiū esse respectiuum. Respōderem ad hoc ꝙ nō aliud argumentum id concludit, q̄ posse qditatem illam (si confuse concipiatur) a tali respectiuo principio seiungi, non tn̄ cogit ꝙ si distincte intelligatur, ab illo seiungaṫ. Distinctus siqdē eius conceptus, non aliud, q̄ sua diffinitio est. ꝙ si eius diffinitionem assignare tentes, utputa ignis, statim per leuitatem diffinies, aut huius similem differentiā. Cuius non alia ratio est, q̄ ꝙ forma quę diffiniṫ, ex sui natura pręter materiā esse non potest. Quod uideas & cōsideres admodū. Hac uia iudicio meo patet ad argumentum laboriosum, & difficile, responsio. Patet similiter qōnis decisio:quā aliter in Arist. & Auer. determinare, est a manifesta ueritatis semita deuiare.

Vera responsio

Obiectio

Respōsio

Verum tela in ipsam ꝓiecta non deficiunt:quorum unum ex Auer. fundamentum sumit.3.de aīa. 9.scribente: ꝙ quicūq; differentiā inter aliqua extrema cognoscit:cognoscit non minus & illa extrema. Sed meta. potest inter uniuersalem, particularemq; substātias differētiam ponere: igitur unam, non minus q̄ alterā cognoscit. Probaṫ minor nāq; inter hoīem ut homo, & eundem ut ens cognoscere differentiam, non mathematici, minusq; naturalis est:alter.n.solum accidentia, quare solummodo eorum differentiam perquirit. Alter uero reliquū non cognoscit extremū vt hominē inquātum ens. Solus ergo remanet meta. qui talis differentię cognoscendę sumat onus. Prætera si diuina scīa ea tm̄ quæ sunt vlīa cognosceret: impfecta scīa diceret. Etenim notitia in uniuersali est notitia in pōa: & per consequens impfecta. Huic amplius Co. au-

Cōtra decisionem obiectio prima

Secunda

Tertia

ctoritas fauere videtur.2.phi.71.dicentis.ꝙ scientia diuina nõ solum cõsiderat de rebus abstractis: sed etiã considerat de rebus existentibus ſm ꝙ existunt. Modo qd uis ut per res existentes intelligat? non certe particulares:cum de eis (philosopho dicente.7.meta.53.) diffõnes nõ dent, neqꝫ demõstratiões. Quare nil aliud q̃ particulares seu specificas qditates: qd enĩ aliud q̃ particularitatẽ quãdã existentia notat? Duos ad primum substentabiles respõdendi modos inuenio. Alter inde sumit ex Co. vnde & argumentum est sumptum. Cum hoc nãqꝫ sumatur ex illo loco, ꝙ eadem virtus extremoꝝ differentiam, ac extrema cõprehẽdit: sumitur & eius dicti modificatio: quã his verbis Co. innuit. Huiusmodi est dispositio intellectus possibilis ĩ cõprehẽdendo alietatem quę est inter formã & indiuiduũ. Cõprehendit.n.formã ꝑ se & indiuiduũ mediante sensu. Cõprehendit igiť alietatẽ inter ea ꝑ dispõnẽ quę diuersať. Quemadmodũ sensus cõis comprehendit alietatem inter sensibilia per dispõnẽ diuersam &c. Innuũt igiť hęc verba, ꝙ possit aliqua virtus, inter aliqua differentiam cognoscere: quorum sat est si alterũ per se; alterum vero per accidens cognoscat.s.per alteram virtutem. Possumus igiť ad argumentum dicere: ꝙ licet meta. inter ea duo statuat differentiam: sufficit tñ si eorum alterũ per se, alterum vero ꝑ accidens cognoscat.i.per aliud. Et sicut id aliud per quod intellectus singulare apprehẽdit, est sensitiua facultas subordinata sibi: ita alius ẽ habitus metaphisico subordinatus: quo particularem percipit essentiam. Quare non concludit argumentum. Alter quem promisimus respondendi modus negat argumenti minorem: ꝙ.s. metaphisici sit eorum differentiam assignare. Etenim non valet intellectus per aliquem simplicẽ habitũ eorum cognoscere differentiã: ad quam cognoscẽdam habitus mixtus ex naturali & meta. requiriť.

Solutio ad primam.

Ad secundam

Dicitur ad secundum ꝙ ea quã de ente, ac de oĩbus rõne qua entia metaphisicus notitiam hẽt, perfecta distinctaqꝫ est: licet si his cõparetur quæ sub ente continenť, oppositas condictiones habeat: imperfectionem.s.ac indistinctionem. hoc aũt sciẽtia vt perfecta sit, non indiget: dummõ subiectũ distincte perfecteqꝫ cognoscat.

Ad tertiã

Ad tertium respondetur ꝙ noluit eo in loco Auer. per res existẽtes, particulares intelligere quiditates: sed eoꝝ verborũ sñia hęc est: ꝙ nedum circa abstracta meta. negotiũ habeat: verum & res existentes considerat quatenus existũt.i.res materiales ſm ꝙ entia sunt. Solet nãqꝫ alibi Co. per existere, esse intelligere. Etenim.7.meta.8.ita de materia loquebatur. Et intelligo per materiam illud quod est existens per se. Vellens per li existens (sicut huius opusculi proprio patet in loco) ens per se. Aliam velim te principalis theorematis limitationem annotare. Illud.s. in materialibus substãtiis, non aũt in abstractis habere locum. Illæ siqdem possunt nedum a motu, sed a sensibili materia separatę, distincte concipi: quarum essentia ꝑ se est a talibus omnino seiuncta. De eis tamẽ potest & quædam, motum concernẽtia ꝑdicata, naturalis cognoscere: ut esse motorem: esse corporis animã: & id genus reliqua: quę licet ĩtelligẽtiis nõ quiditatiue, sed accidentaliter quodãmodo insint: ratione qua materiã motus principium respiciũt: nos tñ ex phantasmatibus naturalibus ea de intelligentiis colligimus. At metaphisicus absoluta, ac a motus principio prædicata abstrahentia de eis agnoscit: vt esse substãtiam: esse actũ, esse intelligentem, esse sapientẽ aliaqꝫ omnia, quę nobis metaphisica phantasmata tribuunt: quę intellectibus separatis essentialiter, & quiditatiue competũt. Ex quo male eos dixisse censendum est: qui intelligentiam nedum in diuina philosophia, verum & in naturali quiditatiue tractari. Vbi nãqꝫ ab Ari. præterq̃ in meta. intelligentię quiditatem reperiũt inquisitã? In naturali siquidem non nisi vt motrix, vel ut aĩa est, ipsam perquirit. Quæ (vt dictũ est) ab eius quiditate sunt aliena.

Theorematis limitatio

Q̃d naturalis non quiditatiue substãtias abstractas intelligat sed metaphisic.

An quiditatiua animę intellectiuæ cõsideratio naturalis sit animata

Sed pulchrum videndũ occurrit: an de anima nostra ĩtellectiua quiditatiue scrutari, naturale sit officium: an potius metaphisicum de qua re nõ paruum inter viros doctos scisma ortum est. Tenet cõis, & vera (sicut credimus) peripatheticorum scola illud potius metaphi. q̃ naturalis esse negocium. A quibus aliqui, sicut a veritate declinantes tenuerunt oppositum. Et cum aĩa (sicut hi fatentur: qui recte Auer. immo Ari. mẽtem sunt assecuti) duas habeat partes. Intellectum agentem alteram: alteramqꝫ possibilem: fuerunt qdam, q & vnum, & alterum intellectũ a naturali cognosci, dicere ausi sunt. Multi vero nõ agentem: sed solũmõ possibilem affirmarũt. Sed primos impugnare nostra sit intentio: qm̃ inde & aliorum patebit error.

Aliorum opinio

Eoꝝ fundamenta

Hãc positionem persuadere conanť eius fautores, tum rõnibus: tũ auctoritatibus Co. & Ari. prĩo sic arguẽtes. Forma quę sub diffinitiõe naturali cõtinetur, naturalis considerationis est. Quod cum de anima ĩtellectiua verificeť: ergo. Minorẽ (inqunt) ex Ari. ꝓbamus. qui.2.de anima.7.ponens animę vniuersalem diffinitionem, illam inqt oĩ animę cõuenire. vbi si viam sequamur Alex. qui intellectũ possibilem tenuit corruptibilem, tunc diffinitio illa vniuoce cuilibet animę cõpetit, adhuc intellectiuę: sicut de ipso Co. affert.3.de aĩa.5. Si uero Auer. insequamur: ac cum eo animæ teneamus immortalitatem: nõ minus ea diffinitio cuilibet animæ vel analogice competet: quod ibidem placuit Auer. Amplius voluit in libro de sen. & sensa. philosophus, ea quę de aĩa dicta sunt esse supponenda. Sed liber ille naturalis ẽ: quare & ea quæ supponit naturalia sunt. Præterea naturalis quãlibet naturalem formã qditatiue cognoscit ex.2.phi.26. sed aĩa intellectiua forma naturalis ẽ ergo. Cũ.n. (inqunt) vtraqꝫ sui pars, eius sit forma quod ab agẽtibus naturalibus generatur: qũo & ea tota forma naturalis non erit? Sol nãqꝫ & homo generant hominem. Sed cum ad possibilem intellectum veniunt, ita de eo intentum probant. Naturalis (inquiũt) oẽ id cõsiderat, quod ab aliquo existẽte in materia moueť: quod in intellectu possibili reperiunt ex hoc, ꝙ a phantasmatibus in materia existẽtibus mouetur.

Non minus

Non minus & hoc intellectui ageti couenire aiūt:
ipse.n.talis opationis principium est: quę sine ma
teria perfici non pōt. Intellectio siquidē sine phan
tasmate non fit: quod (vt docet primo de aīa Co.)
Ipsoꝝ au ctoritates
in materia existit. Efficiunt vlterius suæ positionis
auctores Auerroem & Aristotelē. Ari. (inquiunt)
2. phi. 26. considerationem naturalis quiditatiuam
de formis limitat ad eā vsq; formā, quæ vltima na-
turalium est: quam Co. ait esse aīam intellectiuam,
quæ abstractarum prima, & materialiū vltima exi
stit: ita vt quodam sit inter vtrasq; confinium. Am
plius Ari. cum. 3. de anima. 17. intellectum agētem
dari demonstraret, inqt: ꝙ sicut in natura qualibet,
alterum vt agens, alterum vt materia datur: ita &
in aīa nostra, alterum vicem materiæ gerit: ut pos
sibilis intellectus alterum vero formę: vt agēs. Cu
ius rōnem Co. adducens inqt: scientiam de anima
esse naturalem: & aīam vnū ens naturale esse. Prę
terea quod valde suę positiōi fauet, illud est quod
Ari. 6. meta. primo inqt: ꝙ scientia phisica conside
rat de substantia quæ ſm magis non est separabi
lis ratione. Inqt Auer. dixisse magis Ari. vt ab in-
tellectu se præseruaret. Ac si intellectus licet sit ra
tione separabilis nō minus attamen a naturali co
gnoscitur. Hęc sunt qbus teneros animos ad præ-
Pōnis impugnatio Prima rō cōtra eā.
dictam positionem allucinare conant. Sed quātū
Auer. immo Ari. fundamenta positionem hāc re-
futent aperte videas. Vbiq; philosophus obiectum
naturale per materiam a cęteris distinguit. Ex alia
parte Co. affirmat intellectum ſm esse & qditatē a
materia seiunctū: licet ab ea vt ab obiecto eius opa
tio pendeat. Erigant igitur a seipsis argumētum,
Intellectus a naturali quiditatiue cognoscitur: er-
go sua quiditatiua rō in materia persistit. Verum
cum forma si quiditatiue diffiniat, eius diffinitio
detur iuxta eam ſm quā in re existit dispositionē.
Sicut a Co. 1. de aīa. 16. sumere: licet sequeret ꝙ nō
esset intellectus quiditatē sine materia dare. Quod
Eorum solutio
& in Auer. & in animæ tenentibus æternitatē est
impossibile. Sed hanc rōnem ipsi & viderūt, & sol
uere conati sunt. Illud etenim pro solutione ne-
gāt: ꝙ naturalis non nisi formā consideret, quæ in
materia essentialiter existat: hoc nāq; fallit (inqunt)
in intellectu: qđ ab Ari. sumunt loco adducto. Glo
sant amplius & minorē. Intellectū siquidē abstra-
ctum esse dicentes: verū non tanta, sicut in intelli-
gentiis, abstractione. Quod exinde apparet ꝙ fuit
intellectui datum vt aīalis corruptibilis esset ani-
ma: qua rōne licet intellectus abstractus sit, natura
lem tñ considerationē subit. Qua ratione similiter
extat diuini sentētia. Platonis quā Auer. in destru.
dest. confirmat: esse nomen intellectus, ad cœlestē,
humanumq; nomen equiuocum: cum cœlestis ille
sit impermutabilis omnino. Sed ecōtra ille q ho-
Solutiōis probatio
mini gubernator assistit, licet essentia inuariabilis,
operatiōe tñ variabilis existit. Sed laboriosam val
de, & parum fructuosam solutionem afferunt. In
qua persistentes, duoꝝ alterum si cauere tentabūt,
mox in reliquum incident. Si nāq; eādem quidita-
tem duorum esse artificum cōcedere nolūt: statim
eandem rē duas habere quiditates necessario fate
bunt. Etenim si alio mō ab vno artifice, alioq; mō
ab alio cognoscatur: ab vtroq; vero qditatiue: qui
fiet vt res duabus non gaudeat quiditatibus: Sed
vt ad minoris glosam accedamus: vltra hoc ꝙ eā
ex propria voluntate extraxerunt: argumentū ad
huc in suo vigore dimittunt. Nam videas apertam
fugam: argumentum de ītellectus essentia quęrit:
ipsi vero de opatione respōdent: quā nemo dubi-
tat esse naturalis obiectum: sed essentia intellectus
non est (sicut inquiunt) aīalis anima. Pręterea si p̄
termissa essentię separatione, ex hoc ꝙ operatio ab
animali cuius est aīa, depēdet, ideo intellectus na-
turalis considerationis est: ergo multo magis ma-
thematicę formæ, qa ſm rem materiæ immergun
tur, phantastica abstractione non obstante, cōside
rabunt a naturali quiditatiue: quod si negant: cau
sam diuersitatis assignent. Nō enim (ut mihi cerne
re datur) aliqd assignabunt, quod nō possit mathe
maticis adaptari. Sed qd verbis opus est: ipsi hūc
arguendi modum admittunt: Immo eundē esse te
nent ab Ari. obseruatum, primo de partibus cap. 3.
Vbi probans ꝙ de oī anima quiditatiue disserere,
ad naturalem nō spectet: qa cum intellectus in oī
anima claudat: tunc & de intellectu haberet face-
re sermonē: sed idem est qui intellectum & intelli
gibile pertractat: sicut & qui de sensu & de sensibi
li agit. Naturalis igitur de intellectu simul & de in
telligibili ageret: quare cætere oēs ab ipsa sciētiæ
superfluerēt. Quod Ari. determinans inqt: nō oēm
animā cognoscere naturalem: etenim nō oīs aīa ē
natura. Quid potuit Arist. manifestius ꝓferre: Ipsi
tñ eo quo possunt faciliori modo, hāc auctoritatē
soluentes inqunt, ita esse Aristotelis argumentū or
dinādū, ꝙ si de oī aīa naturalis qditatiue disputat,
necessario ēt de intellectu disputat: quare & de in
telligentia: ergo & de intelligibili quocunq;. Etenī
si intuitum suum vsq; ad separata protendit: multo
magis mathematica, quę materialia sūt inspiciet,
ac intelliget. Ecce si dum ipsimet pħm exponunt,
nostrum superius factum argumentum cōcedunt.
Sed qm̄ eos satis angit Ari. solutio: ea pp eam limi
tantes inqunt, ꝙ ea philosophi verba, naturalem. s.
non oēm aīam pertractare: cū nō oīs aīa sit natu-
ra: nō de hoīs aīa, sed de intelligentia verificātur.
Quod Ari. auctoritas. 3. de anima. 17. cōfirmare vi
det, vbi animam intellectiuam ait esse naturā. Sed
hoc equidem nihil est. nam dato ꝙ ibi faceret de
intelligentia sermonē: quod falsum est: illud tamē
pōt non minus & de hoīs aīa verificari: cum (ꝑut
perfidus fingit Auer.) hoīs intellectus vna sit intel
ligentiarum infima: suæq; spheræ assistat: quę spēs
humana est: sicut orbi suo assistit intelligentia: ac a
sua materia in ope dependeat: sicut ēt intelligen-
tia a sua: a qua etiam ad intelligentię modum est
essentialiter abstracta. Amplius deterius id est, qđ
Tertia obiectio
de agente intelligentia ꝓferunt. Nā licet ille sit in
tellectionis principiū. Hoc tñ ei nō qditatiue, sed
ut hoīem respicit, attribuit: quare & accidentaliter
quodāmō. Quis est nāq; q ipsum pure abstractum

ignoret:ac ęterno tpe sнbstantias abstractas intelli
gentem. Nã.3.de aĩa.19.eum ipm nihil eoꝝ q̃ sunt
hic intelligere. Co. affirmat. Idẽ igiť qđ de possibi
li formabať argumẽtũ,& de agente intellectu for
Eorum responsio mať. Ad hoc quosdã ita respõdentes legi: ꝙ intelle
ctum agentẽ in se considerare,est ipm ab hoc ꝙ sit
intellectiõis principiũ abstrahere: & ab hoc ꝙ ex
Impugnatio trinsecus gñationẽ terminet. Sed hęc abstractio li
cet meta. sit:attamẽ agens intellectus a naturali nõ
a meta. sub hac abstractione cõsiderať. Qñꝗ siqdẽ
alterã sciam vti alterius abstractione cõtingit. vn
de.2.phi.12.Phs formã a materia fm rõnem sepa
rabilem esse cẽset: ita vt naturalis materialẽ formã
a materia seiunctã intelligere possit: quæ licet (vt
alibi suo loco determinatũ est) abstractio meta. sit.
Sic tñ abstracta foŕa,ẽ naturalis obm. Sed hẽt hęc
solutio fragile fundamentũ. Hęc nãꝗ agẽtis intel
lectus abstractio, differt ab ea qua naturalis forma
a materia separať. Illa nãꝗ realis existit:hęc vero
intellectu opante. Quare in formæ naturalis ab
stractione hẽt solutio locum: sed nõ in intellectus
abstractione. Etenim foŕa talis,& realiter,& qditati
ue materiæ coniungiť:quare abstracta ab ea nõ ni
si cõfuse per intellectũ intelligeť. At ecõtra de in
tellectu dicendum:q & realiter, & qditatiue nullo
interueniente intellectus ope,a materia distinctus
est:ac ab eius quocũꝗ respectu, quo fit vt sine his
distincte cõcipi possit. Remanet igiť adhuc stabile
fundamentum. Si intellectus ab oĩ materiali respe
ctu põt distincte cõcipi:peto cuius sciæ obiectum
est:non naturalis ergo meta. Satis igiť manifestũ
puto hãc opinionẽ in Ari. ac Auer. doctrina male
Vera põ tutam. Quo igiť veritatẽ fundemus, ac argumenta
soluamus, aduertas: ꝙ hoĩs intellectus potest bifa
riam accipi. Altero mõ in se:vt.s.intelligẽtiaꝝ vnã
Auer. eũ cõnumerat:sic aũt intellectus ꝑprie,ac iu
re merito vocať. Alio modo vt machinę humanæ
assistens,in ea ꝑ phãtasmata intelligendo opať. Ex
Qđ anima & intellectus differãt. quo sibi ꝑpriũ aĩę nomẽ ĩponiť. Qđ ne hãc uolun
tariam putes aĩę distinctionem Ari.1.de aĩa.30.ac
31.regras:vbi Democriti phantasiã anaxagore cõ
parans opinioni: quoꝝ alter aĩam idẽ esse censuit
cum intellectu:alter vero eam ab ipso distinxit. in
quit ibi Co. anaxagorã magis veritatem,& Aristo
telem attigisse. Item.2.de aĩa extollit phs antiquos
eo ꝙ aĩam corpus non esse censuerint: sed haud
sine corpe cõsistere. Cui cõforme dictũ.6.naturaliũ
habuit Auicẽna. aĩam ingens ad corpus importa
re relationem. Quæ oĩa cũ in intellectu repire non
contingat:iõ sicut absolutũ a respectiuo, ita intelle
Quõ intellectus vterꝗ ab homine đpendeat, et quõ nõ ctus ab aĩa differt. Licet igiť qua aĩa est ab hoĩe pẽ
deat, ab eo tñ vt intellectus absoluiť: cũ ut sic opa
tionẽ hẽat independentem, ut dicã. Vtriusꝗ nanꝗ
tam.s.agentis,q̃ poĩis intellectus opatio:illius actu
facere intellecta:istius vero illa recipere:nõ vt ĩtel
lectus, sed ei in hoĩe cõpetit. Id clarissime Co.3.de
aĩa.36.manifestauit in principio suę põnis ingens.
Dicamus igiť ꝙ intellectus existens in nobis habet
Qđ vterque operationem duas actiones fm ꝙ attribuiť nobis. Veꝝ opatio
sibi essentialiter ꝑpria, nec ab hoĩe, nec a phantas
matibus dependet. Hęc aũt id intelligere est, quo *non depẽdentẽ habeat.*
separatas substãtias æterno tpe speculanť. Qđ ne
dum agenti, veꝝ & possibili intellectui cõuenit.3.
siquidem de aĩa.36.(ꝑut themi. expõ sonat: quam
Co. admittit) poĩis intellectus, formas a materia se
paratas simpĺr ĩtelligit, nõ fm ꝙ est copulatus no
biscũ. Quibus hęc Co. adiungit. Et fm hanc inten
tionem erit ꝑscrutatio vtrũ põt intelligere formas
fm ꝙ est copulatus nobiscum: nõ utrũ possit intel
ligere eas simpĺr, & paucis interpositis addit: ꝙ qõ
est vtrũ nos possimus ĩtelligere intellectum quem
ipse materialis intelligit. In his verbis nulli dubiũ,
credo ꝙ Co. poĩem intellectum, agentẽ simpĺr in
telligere supponat. At ꝙ ẽt agens ipse ut ab hoĩe se
paratus substãtias a materia denudatas intelligat
manifestius credo:cum eũ nihil eoꝝ q̃ sunt hic in
telligere Co. affirmet. Qđ ꝑterea sua dogmata con
firmãt:in qbus ipse fateť, nõ posse intellectũ poĩem
beatas illas substãtias dum nobis adiungiť ĩtueri:
nisi agens ei vt forma vniať. Qđ nõ alia rõne con
tingit, nisi qa agens prĩcipaĺr illas intueť. Hęc igiť
vniuscuiusꝗ opatio, cũ ipsoꝝ essentiã independen
tem assequať:iõ vnicuiꝗ essentialis, & independẽs
est. Nã vt Co. hẽt in destru. dest. disp.6.ad secundũ
formę sunt inscientes fm ꝙ sunt in materia. Si aũt
inuenireť aliqđ in materia non consistens: manife
stum est ꝙ est pura scia. Quare hæc prima opatio
diciť:illa vero secũda. Cũ hęc primo, reliqua vero
secundario essentiã insequať. Qđ.n. fm se, prius, est
eo qđ ꝑ aliud inest. Eũdẽ nil minus ordinẽ opones
intelligẽtię seruãt. Cui primo intelligere cõuenit:
sed mouere secundo: dũ cœlo vt aĩa attribuiť. Qui
bus stãtibus dicẽdũ puto: ꝙ diuersam naturalis &
diuinus de vtraꝗ aĩę pte consideratione sortiunť,
Diuinus siqdẽ eius qditatẽ, ac ꝑpriã opationem cõ
siderãdã assumpsit. Naturalis vero secundariã opa
tionem, ac extraneã essentiã (ut ita loquar) cogno
uit. Eã.s. quę vt hoĩs aĩa est, vnicuiꝗ cõuenit: ac ꝑ
ut ꝑ phãtasmata intelligit, vt. poĩis: aut phãtasma
ta facit vt agens est. Quæ qm̃ intellectibus his ĩ re
existentibus attribuunť, iõ fit vt clarioris doctrinæ
gr̃a, naturalẽ quo ad si est, meta. vero quo ad qd ẽ,
vtrũꝗ intellectũ cognoscere dicať. Qđ cum satis
supius dicta demonstrent, iõ vno tm̃ simus medio
cõtenti: qđ sic ex ꝑdictis eriginius. Eo mõ natura
lis, aĩam cognoscit quo ipsa materiã respicit. Ac eo
mõ diuinus, quo ab eadẽ seiuncta est. Sed primum
vt aĩa. Secundũ uero ut intellectus, hẽt: quare &c.
Maior & minor, cum duas hẽat vnaquæꝗ partes:
quoad secundã vnaquęꝗ ꝑ se constat. Si qua vero
in primis ptibus obscuritas adest, põt ex.2.de aĩa.7
remoueri. Vbi aĩę oĩ adhuc intellectiuę, cõis diffõ
S.Tho. verba ponitur a pħo dicente: Si autem aliqd cõe oĩ ani
mę oportet dicere &c. Quem imitatus Co. inqt: ꝙ
ista est diffinitio magis vniuersalis, & magis conue
niens substantiæ animę. Ac si velit vterꝗ ꝑ ea ver
ba innuere, se de oĩ anima ut aĩa est, sermonem fa
Verba S.Thomę cere: aĺr illa diffinitio vniuersalitate careret. Mo
do cum illa, materiã, corpus.s. organicum ĩcludat.
ergo iam est obscuritas sublata. Ex his modo facile

ad prædictę positionis argumenta respõderi põt. Itaq; primum hoc mõ dissoluas. Maiorẽ hac limitatiõe restringas. Si forma qditatiue sub naturali diffinitione cadat. Quam si mõ minori adiũgas, eam manifeste falsam videbis. Anima siqdem intellectiua, non qditatiue, sed vt anima tm̃ sub ea diffinitione continet. Immo cũ hoc ea diffinitio ei non vniuoce, sed analogice cõpetit. Si Co. credimus. Per idem ad secũdum liber de sensu & sen. q̃ de aĩa dicta sunt, in eo ꝙ aĩa supponit. Quare nihil ad nos. Tertiũ nõ est difficile diluere: eius. n. maior, de formis p se, ac qditatiue naturalibus ĩtelligẽda venit: cuiusmodi non est aĩa intellectiua, Si phi auctoritatibus innitimur dicẽtis primo de aĩalium ptibus cap. 3. non oẽm aĩam esse naturã. Cum his mõ nõ amplius ꝓbatio cogit. Esse nãq; eius qđ fit ab agentibus naturalibus formã (ut eorum verbis vtar) nõ essentialiter, sed per aliud vtriq; cõuenit aĩę parti. Ad quartum solutionem explicare iudico supfluũ. Non etenim quoad eius primũ ac essentiale opus, a quodam in materia existente mouet intellectus possibilis, quod maioris veritas postularet: nec adhuc intellectus agẽs. Cum igit sit eadem vtriusq; ratio: eadem pro vtroq; solutio valebit. Restat mõ auctoritates aĩaduertere: quarũ pria ex. 2. phi. 26. sumitur. Quam licet ad suę positionis fauorem cõtrahãt: si tñ eius auctoritatis verus sensus attendatur, nedum ei positioni ꝙ nõ faueat: immo ꝙ, eam radicitus extirpet agnoscet. Verus eius sensus hic est: ꝙ philosophus non inclusiuum, sed exclusiuum naturalis cognitiõis terminum ponere studet. Naturalem (inquiẽs) ad aĩam ĩtellectiuã vsq;: quę materialium ultima est, ac abstractarum ĩfima intuitũ protendit: eã nõ qditatiue, sed quo ad si est cognoscens. Huic sensui verba Co. assentiũt. Cõsideratio (inqt) de dispositionibus formarũ abstractarũ fm ꝙ sunt abstractæ, & de qditatibus earum, est ꝓprie primę philosophię, & non sciẽtiæ naturalis. In eãdem clarius Sanctus Tho. sniam deuenit: hæc ad verbum scribens eo loco. Qũo se habeat hæc forma. i. anima rationalis fm ꝙ est separabilis, & sine corpore existere potens: & qd sit fm suam essentiã separabilem: de hoc determinare ꝑtinet ad primũ phm. Ecce q̃ hęc positio magnis mẽtibus adsona fuit. Ad id quod Ari. simul & Co. 3. de aĩa loquuntur, dico illud de aĩa vt aĩa est, & non quatenus intellectus, esse intelligendum. Cuius argumento est ꝙ Ari. naturã ac quodlibet ens naturale respiciẽs, intellectum agentem in aĩa nostra ponit. Ad id pterea quod ex. 6. meta. sumunt, ita respõdeo: nõ eẽ censendum id innuere phm ꝙ aliquã substãtiam a materia seiunctam, prout intellectus est, naturalis agnoscat. Sed cum intellectum, licet ex se materialem vestem nõ habeat: qñq; tñ ea quodammodo vestitum cognoscere contingat: quo modo a naturali cognoscitur: quod de aliis formis minime cõtingit: quę fm se materiæ admiscent: hac rõne philosophus inqt naturalem esse de substãtia, quæ fm magis non est separabilis. Et Co. eũ ab intellectu se præseruare respondet. Hãc verborum expõnẽ nobis Sanctus Tho. persuadet: ita eo in loco dicẽs. ꝙ dixit phs fm magis: qa licet fm se sit sepabilis: tñ aliquo modo est cõsiderationis naturalis, & hoc sufficit ꝓposito Ari. Hęc sufficere velim ꝑ ea quã in Arist. Auerroeq; fido, veritate tenemus. Quę si oĩa in vnũ accerues, hæc decisa inuenies. An rerũ materialium particulares qditates naturalis agnoscat: Vlterius ꝙ intelligẽtiarum particularẽ essentiam meta. pertractat. Adhuc aĩę intellectiuæ partem vtrãq;. Quod vltimũ volui seiunctim discutere: qm̃ auribus propriis magnam inter magnos viros litem disseminatam audiui.

Ad primum oppositę positiõis obiectum

Ad scđm

Ad tertiũ

Ad quartum

Ad auctoritates

S. Tho. verba

Verba S. Thomę

Dictorũ collectio in vnum

Potentia non est de substantia materiæ.

Propositio decimaseptima.



CLARA fuit Auer. snia. 1. phi. 70. ac. 1. cap. de sub. orb. ita scribẽtis. Posse quo substãtiat hoc subiectum: differt ẽt a natura subiecti quod substantiat per hoc posse in hoc, ꝙ posse dicit respectu formæ: hoc aũt subiectum est vnum entium. Sed qm̃ Co. scriptis mandauit oppositum in eodem libello cap. 1. sub hoꝝ verborum forma. Natura huius subiecti recipientis substantiales formas. s. primę materiæ necesse est esse naturam potẽtię. s. ꝙ potẽtia est eius dr̃ia substãtialis: & iõ nullam hẽt formã ꝓpriam & naturã existentẽ in actu: sed eius substãtia ẽ in posse: & ex hoc materia recipit oẽs formas: Ea propter fuit inter doctores sermo diuersus: vt opposita dicta vinculo pacis alligarent. Diuersas distinctiones imaginati sunt Ioannes de gandauo suessanus & alii: quos studio breuitatis omitto. Vnũ scias ꝙ ipsorum nullus profundam Com. mẽtem penetrauit. Sed intimius (quãtum mea ratio fert) Zimara perscrutatus, Auer. occultum sensum patefecit. Et cum alii potentiam diuidant, eam in absolutam & respectiuam separantes: ipse potẽtiam omnem respectiuam affirmans, materiam distinguendam esse putat: vt diuersa Commentatoris dicta veritatem habeant. Materia igitur (ut succincte rem exponam) duplicem sui notionem habet: sicut themi. in digressione de materiæ potentia docet. Altera materiam, ut ens vt substantia a forma distincta: ac tandem sub omnibus absolutis prędicatis, cognoscendam tribuit. Altera vero non vt ens, sed ut respectiuum ens ad agens & ad formã, eam cognoscere facit. Ad formam quidem quę ab ea educitur; ad agens vero cuius operi subiecta ẽ. Materiam sub prima notione meta. cõsiderat: sub secunda vero naturalis. Hoc siquidem Co. 2. phisi. 71. sub his verbis innuit. Ens quum fuerit diuisum fm considerationem demõstratiuam intrabit vna natura diuersas artes. Potentia igitur si materiam respiciat in ea qua formam respicit notione secunda, eius erit differentia substantialis. Etenim materia per potentiam vt per formale principium formam respicit. Namque non propter aliud ad formam refertur, nisi quoniam est eius receptiua:

Põ Zimare

Duplex notio materiæ

hoc autem sibi potentia elargitur, quod auctoritas
superius allegata. Com. edocuit. Hoc igitur modo
materia sibi essentialem differentiam potentiā clau-
dit: nec aliud, suis editis verbis in de sub. orb. vo-
luit Auer. his. s. ꝙ natura huius subiecti est natura
potentiæ: & potentia est eius differentia substantia-
lis. At si potentia, materiæ in prima notione com-
paretur: cum vt sic materia tātum absoluta prędi-
cata contineat. Potentia vero (sicut statutum est)
respectiuum quoddam sit, & consequenter accidēs,
vt sic eam vt sibi substantialē materia nō claudet.
Quod, 1. phi. 70. Co. innuens inqt potentiam nō eē
differentiam substantialem materiæ. Cui confor-
me dictum intendens in de sub. orb. cap. 1. vbi cū
fuisset iam ab ipso dictum potentiam esse de substā-
tia materię: postea animaduersum fuisset, ꝙ mate-
ria ſm se potentiam claudat, aliquē sibi persuade-
re posse, subiunxit hoc prçuidens Com. ꝙ natura
potentiæ differt a natura subiecti in hoc ꝙ poten-
tia est ens respectiuum: & subiectum est ens absolu-
tum. De vna igit ac eadē potentia loquutus Auer.
eam quandoq; substantialem comitem materię tri-
buit: quandoq; vero accidentalem. quod non alia
rōne nisi propter materię diuersam acceptionem
contingit. Hanc puto veram fuisse Cōmentatoris
imaginationem. Quod si quis eius verba recte pō-
derabit agnoscet. Quare de materia non vt ad for-
mam refertur: sed de ea ſm se, & in prima notione
censeo principale theorema intelligendum. Verū
in prædicta statim video quæstionem insurgere.

Theorematis sensus.

Argumētum primum

Cum enim in entis latitudine duo dentur extrema
maxime opposita: actus. s. & potentia. Si ergo dat
ens cuius essentia sit actus: dat & aliud cuius essen-
tia potentia est, quod cum non nisi materia sit: seq-
tur potentiam esse materię substātialem. Immo (si
plus est) est ipsius ipsamet essentia. Nec ad materiā
secundo modo confugias: qm̄ argumētum (vt ma-
nifeste patet) de ea in prima notione concludit.

Argumētum secūdum

Preterea si materia essentiam habet a potentia di-
stinctam: cum materia mediante potētia formam
recipiat, tunc ea non esset immediatum principiū
ad formę receptionem. Cuius oppositum & ratio
dictat, & auctoritas admonet. Sicut nāq; actiuū po-
nitur per essentiam, ita & passiuum per essentiā po-
ni debet. Inquiēte preterea pho. 2. de gene. 6. pri-
mum & immediatum formę substantialis recepti-
uum esse materiā primam: quod præcipue in pri-
mis formis verificatum reperitur.

Ad primum

Ad primum di-
citur quod primo assumit, esse verū: dūmodo nul-
lum extremoꝝ entis terminos exeat: qūo nāq; en-
tis extremum ponet: si intra limites eius non con-
tinetur: Immo entis naturam non habeat: Quare
ad id quod statim subiūgitur: si alterū ponatur cu-
ius essentia in actu consistit, nō sequitur ꝙ reliquū
cuius essentia consistat in potētia poni debeat. Et-
enim cum esse potentia sit non esse: sicut esse poté-
tia diuitem, est nō esse diuitem: sequeretur materiā
nullam positiuam entitatem, præter q̄ in potentia
dicere. Quare entis non posset extremum esse. Cui
Co. 1. phi. 66. manifeste contradicit inquiens: ꝙ ma-
teria ſm ꝙ materia numeratur ī entibus: licet ſm
quod materia non sit aliquid in actu. Quod item
verba them. confirmant in digressione dicentis:
ꝙ materia ſm se actu existit: Siquidem materia
ens in potentia non ea ratiōe dicit, qa ad seipsam
in potētia dicat. Prout multi dicere nō erubescūt.
Sed eo ꝙ ipsa propriam entitatem actu possidens
a forma distinctam, nullam sibi formā peculiarem
vendicat: sed potens ad oēs: omnibusq; priuata iu-
xta id Cōmentatoris ꝙ in essentia materiæ nullus
admiscetur actus. Quam ob rem dicere sat est, ꝙ si-
cut datur purus actus, ita ens in pura potentia ad
actum quemcunq; datur. Cum. n. actus augeat ra-
tionem entis: quā potentia diminuit: ideo ens esse
per essentiam in actu nō repugnat: esse tamen per
essentiam in potentia repugnat.

Ad secūdum. Duplex receptionis principium

Secundum breui-
ter soluitur, ꝙ duplex ad formam substantialem re-
cipiendam principium esse constat. principale. s.
& dispositiuū. Primum materia est. Secundū vero
dimensiones, & potētia. De primo phs. 2. de gene.
loquitur. De secūdo vero Co. 1. cap. de sub. orb. Ex
quo (vt non ab re dictū putes). habet ꝙ in Auer.
doctrina, materia non immediate suā operationē
exercet: cum non sine medio transmutet ad formā
Habes tandem quomodo potentia essentialiter, &
quomodo accidentaliter materiam insequatur.

Dimensiones interminatę prçcedunt formam in materia.
Propositio decimaoctaua.



AVER. sententiā protulit. 1. cap.
de sub. orb. & 1. phi. 63. Famosum
est Auerroim in hac materia cū
Auic. digladiari. Non qdem qm̄
eas, ac Auerrois nō posuerit Aui-
cen. Sed Auic. positionis modū
Commētator impugnat. Sed illud tibi primo sup-
ponas: Auer. & Auic. in hac accidentium diuisio-
ne conuenire. Quod eorum quędam materiam,
quędam vero formam in materia concomitātur.

Accidentia duplicia

Huius generis sunt vt risibilitas in homine: spes:
gaudium: ac animę accidentia cuncta. Ex his au-
tem quę materiam insequuntur, aliqua formā in
materia præcedunt. Et hanc habent accidentia in-
terminata condictionem: quam in proposito no-
stro dimensiones interminatę seruāt: vt quæ (utro-
que concedente,) materiam æterno tempore in-
formarunt. Quod vero inter eos litigium posuit
hoc est, ꝙ Auicen. & si eas formam pręcedere sta-
tuerit: non tamen in nuda materia voluit eas reci-
pi. Sed quoniam dimensiones accidentia esse in-
tuitus, huic vnum falsum adiunxit, ꝙ scilicet ac-
cidens quodcunque debet in substantia compo-
sita fundari. Quare in de substantia orbis. Com-
men. inquit Auicē. putauit ꝙ dispositio trium di-
mensionum existentium in materia simpliciter sci-
licet non terminatarum est dispositio terminata-
rum in ea. Per hæc innuens id quod Auicen. vo-
luit, ꝙ interminatæ sicut & terminatæ dimensio-
nes in substantia composita mansionem faciant.
Qua rōne

Qua ratione fuit nimirum coactus vt formam generalem, quã corporeitatẽ appellauit, in materia ponere, in quo, ex materia generaliq; forma cõposito, has de quibus loqmur dimensiones, vt in subiecto collocat. Id innuens subiungit Co. inferius. Quapropter dixit necesse est primam formã existere in materia prima anteq̃ dimensiones existant in ea, ex quo accidunt ei multa impossibilia. Statuit igit(vt resolute dicamus) inter hęc hunc ordinem Auic. post materiam, generalem formam ponit, quam interminata dimensio sequitur. Hęc vero formam specificam p̃cedit: has oẽs vltimo accidentia terminata cooperiunt. Attamen ex Auerrois, sicut ex Auic. sñia licet hæc oĩa in materia cõcludantur, modus tamen positionis est qui hũc ab illo dissentire facit. Negat. n. Co. formam gñalem, aut specificam, prius q̃ dimensiones, materiam informare: sed easvult primo aduenire materię: quã oẽs aliæ subsequantur. Hanc positionẽ ex fortissimis fundamẽtis erexit. 1. cap. de sub. orb. tum ꝙ dimensiones in materia dent: tũ contra Auic. ꝙ quãlibet formam in ea præcedãt. Scias aũt ꝙ a diuersis dupliciter Co. opinio de quantitatibus interminatis exponitur, quę diuersitas inde principiũ habuit, ꝙ dimensio in materia fm se in potentia reperitur, si materia a quocũq; termino seiuncta cõcipiatur. Exquo dicunt quidam ꝙ fuit Auer. opio, ꝙ non nisi in potentia dimensio interminata reperitur in materia: in potentia inquã nedum ad terminum, sed ad esse dimensionis. Id ex Co. sibi psuadent. 4. phi. 15. dicente. Et debes scire ꝙ vidit Ari. ꝙ dimensio non separatur a materia in imaginatione nedum in esse. qm̃ qñ a materia aufertur superficies: nihil remanet in ea nisi dimensio: sed ista dimensio est in potentia: & quum determinatur p superficies fit dimensio in actu. i. corpus: & quũ auferuntur superficies fit dimensio in potentia. ergo proprium est materiæ vt habeat dimensiones ĩ potentia. Preterea. 3. cœli. 17. nos edocuit Co. ꝙ prius substãtia est substãtia: si igitur dimẽsiones actualiter in materia ponerẽtur, & forma substãtiali priores existerent, nõ posset effugi qn substãtiæ essent: quod Auer. 1. phi. 63. manifeste repugnat. Quod si quis eos aduertentes faciat: ꝙ Auerrois rationes in de sub. orb. cap. 1. debilitet, & claudicare faciat. Immo respondent ita rationes illæ validę reddun tur. Prima siqdem ꝙ si dimensio potentialiter materię non inesset, tunc corpus ex non corpore con flaretur. i. ex nulla præexistentia corporis: qm̃ sic nec actu prȩexisteret nec potentia. Præterea si eẽt materia dimensionibus in potentia denudata, tũc plures in eodem tempore formas recipere nõ posset. Hanc rõnem ita deducunt. Diuersę formę, diuersas, & incompõles dispositiones in materia p̃cedentes expostulant. Oportet igit materiam prępartiri: quod sine dimensionibus in potentia fieri non posset. Omne siqdem est a quantitate diuisibile. Et vlterius dicta oĩa Co. trahẽdo perseuerãt. Ego tñ ut ab eorum sñia diuersus: hanc in Auer. positionem non capio. infallibiliter credẽs, Auerroim in materia ponere dimensiones in actu dimensionis: licet non in actu terminatæ. Ad quod moueor ex hoc: ꝙ quantitas in fundamẽtis eius ingenerabilis est: quod ex ipsomet colligere licet. 3. phi. 69. 4. eiusdem. 84. vbi augumentum declarat ex nouę quantitatis generatione non fieri: sed ex noui termini prouentu. Sed eoꝝ positione concessa, necessario & quantitatem generari de nouo cõcederet Auer. quod. n. de materiæ potentia pagẽtis virtutem educitur, id generari dicitur. Actio enĩ agentis nihil aliud est, nisi educere illud quod est in potentia ad actum. habuit Cõ. 12. meta. 18. & 8. eiusdem. 15. Amplius ad quid toties Cõ. pro his ostendẽdis exsudat: quem nãq; latet formas oẽs in materia potentialiter contineri: quod ab Ari. sæpius explicatum est. Quare a nostra (quã diximus) sñia non recedentes iterum dicimus, dimensiones actu entes, ac actu dimensiones: licet potentia terminatas in materia fm Co. esse ponendas. Quẽad modum & materia est actu materia: potẽtia tamẽ ad formas. Et tunc aliter, ac ipsi intelligunt rõnes Co. sunt interpretandæ: qbus ipse de tribus dimẽsionibus loquebatur. Si nãq; (vt Co. aiebat) in materia non præexistens corporeitas de nouo generaretur: tunc ex non corpore fieret. i. ex eius opposito. Omne. n. quod fit ex contrario fit. 1. phi. 44. sed de quantitatis rõne est vt contrario careat: eius p̃cipue quæ interminata est: quæ cum reliquas habeat recipere, vllam sibi oppositam habet. qd' verba sequentia Co. ostendunt inquientis. Et ita esset de eo sicut de formis substantialibus quę fiunt ex contrario. Secundę rationis sensus hic est: ꝙ si materia dimẽsionibus careret, nõ posset plures simul formas admittere. eo qa diuersas formas, diuersas in materia dispõnes antecedere oportet: quæ qa incompossibiles sunt, materiam in partes diuisam postulant. Quare prius q̃ forma adueniat, materiã partiri necesse est: quod a dimensionibus confertur. quæ quia materiam consequuntur, interminatę sicut materia sunt. Argumenta igitur hæc insequentes fundamenta soluemus. Verba siquidem Cõ. vnde vires primum argumentum assumit in 4. phisi. hoc modo sunt intelligenda: ꝙ materia sit proprium in potentia dimensionis habere, nõ quidem ad esse dimensionis, sed ad terminum. Quæ solutio si forte sit tibi (ut quam voluntariam putes) de veritate suspecta, velim tibi Cõ. affirmet. Verba eius aduerte in epitho. meta. trac. 2. in fine. dum Porphirium arguit. inquientis. Dimẽsiones quę adueniunt primę materiæ sunt eędem in potentia cõmunes omnibus corporibus: sunt tamen dimensiones in potentia quia nõ sunt terminatę p terminos quibus corpora terminantur ante aduentum formę ad ea. & quum peruenerint formę ad ipsas: tunc efficiuntur terminatę in actu iuxta quãtitatem propriam illis formis: quia formæ generabiles & corruptibiles hñt quãtitatẽ interminatã a materia prima. qbus tñ dimensionibus nõ denũ dat materia prima. Quid clarius? cũ dimensiones exponat nõ potẽtia dimẽsiões, sed põa terminatę.

Marginal notes: Positio Auer. — Quid alii sentiãt in Auer. de dimensionibus interminatis — Impugnatio ponis — Q. d dimẽsio nõ sit omnino in potentia — Vera põ — Declaratio rationum Co. in de sub. orb. — Ad primum ipsorum

Ad secundum in sequentibus dicetur. Vlterius aduerte, ꝙ dimensiones has formam in materia pcede dere, non ita venit intelligendum, ꝙ materia istis inducta dimẽsiõib⁹, valeat a forma, & a termino se iungi. tum qa oĩum natura constãtiũ terminus est, & rõ magnitudinis. 2. de aĩa. 41. tum qa si materia sine forma cõsisteret, quod non est in actu esset in actu. Sed eo ꝙ terminum nullum sibi pprium occupat dimensio, interminata dicit̃: & natura quẽlibet pcedere terminum: non aliť ac materia, quæ cum nullam sibi formam peculiarẽ vẽdicet, informis appellat̃. Preterea scias ꝙ terminatę ab interminatis, nõ subiecto: sed sola rõne differunt: terminata siqdem est interminatę perfectio, & cõplemẽtum. Perfectio aũt, & id cuius pfectio est, re nõ differunt: vt Co. hẽt. 5. phi. 9. Sed cõtra statim inquiet aliqs. terminata corrumpitur: interminata remanet. Amplius. terminata forma accedẽte accedit: verum interminata materiam conseqtur æterno tpe. Seruant igit̃ principiorum suorum differentiã. Ad quę respondeo: prius supponendo ꝙ interminata quantitas ea sit: quę cum prius natura careat termino, per formæ aduentum terminata reddit̃. Si igitur terminata quantitas corrumpitur, non quãtitas, sed quantitatis terminus esse desinit. ipsa vero eadem in genito, & in corrupto remanet illesa. Quare prima cessat obiectio. Nec multũ alia rõne soluitur secunda. Etenim non ideo formã insequitur terminata quantitas, qm̃ nouiter ipsa generet̃: sed qm̃ nouus terminus generatur. Quod Auer. 4. phi. 84. hunc in modum expressit: ꝙ augumentum nõ fit per acqsitionem noui termini.

Q͛ terminata ab interminata quãtitate non subiecto, sed rõne differat.

Obiectiones.

Solutiões

Quis sit terminus quantitatis intrinsecus.

Attamẽ vt ea res elucescat, aduerte, non simplicem fuisse de termino quantitatis qs sit, inter hoĩes differentiã. Cũ enim terminata interminatæ sit actus: actus vero & id cuius est actus sint in eodem genere: difficile fuit ipsis terminum a quãtitate genere non differẽtem inuenirẽ. Sunt qui formæ illud ascribant: ita vt quot formis vniatur quantitas, tot recipiat terminos diuersos. Sed alii raritatem, & densitatẽ quãtitatis terminos esse volunt: ita vt dum ex densitate se trãsferat in raritatem, etiã de termino in terminum euariet. Nonnulli vero & raritatem relinquentes, & formã: quẽdam intensionis; & remissionis gradum quantitatem intrinsecus terminare affirmant. Nõ alio modo q̃ si albedinem diuersimode terminari dicamus: dum gradus sibi conueniẽtes intendit, ac remittit. Ita dum quantitas in minus contrahitur, vel in maius extenditur, diuersimode terminatur inquiunt. Nanq; nec aliam prę ter extensionem diuersam, quantitates inter se differentiam seruant.

Prima positio

Secunda positio

Tertia positio

Concordia positionum

Quę positiones cum diuersa intendant concordari possunt. Etenim (vt inde incipiam) cum terminatio quælibet a forma ducat principaliter originem: nõ siqdem ꝙ ipsamet forma terminet: termineturq; quantitas: sed qm̃ non nisi vt formam recipiat, dimensionibus interminatis fuit materia dotata: hac ratione contingit vt a variis formis varii termini pueniant in ipsa. Quos formarum diuersitas exigit. Raritas item & densitas quantitatem finire possunt, put quantitatem in maius & minus extendunt. Hæc insuper maior & minor extensio, quantitatẽ finiet intrinsecus. Hinc ergo lucidius habetur, ꝙ dum interminata quantitas corrumpitur, remanente eadem numero quãtitate, eius terminus amittit esse. Sicut etenim materia quãtitatis subiectum, dum sub formis variatur, eadem numero manet: non a forma talem vnitatem cõtrahens: sed a carentia seu priuatione formę: quare vna numero priuatiue dicitur: ita & sibi similis quantitas, eadem numero cum terminorum diuersitate remanet: non a termino, sed a priuatione termini contrahens vnitatem, & vnitatis appellationem. Quare non ab re dixit Co. expsse 1. phi. 63. Et est necesse ẽt vt tres dimensiões q̃ vidẽtur inseparabiles ab ipo & eędem numero quę dicuntur corpus sint accidẽtia & vnum: qa subiectũ eorũ non hẽt nomen neq; diffinitionem vnam numero.

Dimensio an eadem nũero vel eadẽ genere remãeat in materia. Põ quorundam.

Quæ verba, qui dimensiones in materia easdem genere & non numero remanere tenent, glossare conati: dicunt ꝙ priuatiua numeralis vnitas nedum materię, sed ẽt generi cõmunis inest. materia nãq; per formę cuiuslibet priuationẽ, genus autem per carentiam cuiuslibet differẽtię vnum numero appellatur. Etenim cum ipsorũ vnũquodq; & vnitate, & cõitate gaudeat: vnitas ambobus vniformiter competit: priuatiua. s. cõitas vero differẽter. Materia siqdẽ ideo cõis qa forma caret vñ contrahat vnitatem. Genus vero non inde. Sed a cõi forma ducit cõitatis originẽ. Habet ergo materia non minus vnitatem q̃ cõitatem priuatiuam. Genus aũt vnitatem priuatiuam: reliquam vero positiuam. Ita nãq; 12. meta. 14. Cõmentator generis a materię cõitatem separat: alterã in aĩa, alteram autem extra aĩam affirmans: qm̃ altera priuatiua, reliqua positiua sit. Hãc igitur numeralem generis vnitatem (inquiunt) & nõ materialem in illis verbis voluisse Cõmẽtatorem: in qbus vnam numero dimensionem in materia remanere cõcessit.

Improbatio.

Si tñ verba Co. & perlegant, & examinent: nõ alium sensum, nec aliam vnitatem ab ea quã destruere nitũtur, in illis verbis intentam comperient. Nãq; eam quam Auerrois dimensionibus vnitatem tribuit, a materię subiectæ vnitate sumit. Etenim cum dimensio, materię ppriũ sit accidens: ideo talem vnitatem possidet, qualem a pprio subiecto concipit. Amplius id eorum põnẽ destruit, ꝙ quantitas de nouo non generatur: sed solũmodo quãtitatis termini. Tutius est igitur, si talem in Auerroẽ dimensionibus vnitatem tribuamus, qualẽ a materia sortitæ sunt. Sed acutiora tela proiiciunt aduersarii: verba Co. assumentes in epitho. meta. tractatu. 2. in fine dicentis. ꝙ si dimensiones essent per se forma materię vt imaginati sũt antiqui, tũc corporeitas remaneret eadẽ indiuiduo formis generabilibus & corruptibilibus. Hoc putat absurdum. Sed clarius est quod sequitur. Et causa erroris eorum fuit, qa viderunt corporeitatem permanere in genere imaginati sunt eam esse incorruptibilem, aut permanentẽ, hæc ille. Quę nisi recte perpendant certe non

Cõfirmatio ipsorum

